



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### Usage guidelines


Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>



03  
64

3



WEEK GENT



Cl. H. S.

2798

*Char. D. de S. de Aschett*  
Collegii Divio Godrami Soc. Jesu 1716.  
**IAC. GOHORII DE**  
**Vsu & Mysteriis Notarum**  
**Liber.**

Hist  
2198

In quo vetusta literarum & numero-  
ram ac dininorum ex Sibylla no-  
minum ratio explicatur.



**PARISIIS,**

**Cum Privilegio.**

Væneunt in Palatio regio, quâ ad Can-  
cellariam itur, atque ad D. Hilari, in  
ædibus Albreteis apud Vincentium  
Sertenas.

Oudin.

1550.



Leſt permis à Vincent  
Sertenas Libraire à Paris  
faire imprimer & mettre  
en vente, vn liure recou-  
uré par luy, intitulé De  
Vſu & Myſteriis notarū.  
Et defendu à tous Libraires, Impri-  
meurs, & autres quelz qu'ilz ſoyent, im-  
primer ou faire imprimer, ne mettre en  
vente iceluy liure, iuſques à ſix ans pro-  
chainement venants: Et ce ſur peine de  
confiſcation deſdictz liures, autres que  
par luy imprimez ou faiēt imprimer, &  
d'amende arbitraire, au Roy applicqua-  
ble. Ainſi qu'il appert & eſt plus à plein  
contenu par lettres & priuilege dudiēt  
Seigneur, donné à Paris le cinqieſme  
iour de ſeptembre l'an mil cinq cents  
cinquante. Signé par le conſeil, De hac-  
queuille, & ſéellé ſur ſimple queue de  
ciſe iaulne.

IACOBUS G O H O R I U S

D. Gabrieli Veneurio Ebroico-

rum præfuli Sal.



T si me summa tua auctoritas & publicum de tua singulari virtute doctrinaque iudiciū satis inducere potuissēt vt hos ingenij mei fœtus (quātuli sunt) tibi libens offerrē: tua tamen priuatim mihi perspecta benignitas fecit, vt magni mea interesse putarē, ocij mei rationem tibi probari. Nam & qui liberos dicant nemini, similes iis mihi videntur, qui liberos publicè exponunt, nec parricidis multò iustiores: & qui principibus consecrant, qui vel per occupationes non legunt, vel propter imperitiam non intelligūt, assentationis aut avaritiæ suspicione carere vix possunt. Ad eos verò maximè deferri par est qui

ā ij



*Plato.*

huiusmodi sementem fecerunt, ut fructum metant: quique ventris sustinendi curam gesserunt ne abortum faceret vel (quod Socrati olim tributum est) obstetricis instar partum eduxere: multo magis qui patris loco tollendum educandumque susceperunt. Cum enim verum sit quod dici solet, hominem homini lupum, hominem homini decum: licebit mihi verè canere

*Virgilius.*

Deus nobis hæc otia fecit.

Namque erit ille mihi semper deus:

Itaque tanquam de sobole mea nondum ætate firmata,

Sæpe tener nostris ab ovilibus imbuet agnus.

Hoc autem scripti genus alij quam tibi proprium dicari præsertim à me non poterat, cum sit de ratione notarum ac litteraturæ, propriam eius muneris quod in epistolis tuis domesticis triennium obuii. Quo tempore ex rerum statu & tua præstanti eruditione atque facundia in eis cogitationibus noctu diuque totus eram

eram, quę ad publicorum consiliorum  
administrationem maximè facere vide  
bantur. Hic enim ad excipiendas pari  
diligentia & fide Senatus sententias po  
tētūque literas veterū more manus in  
struitur: hinc ratio quoq; tradita est quā  
maximę quęq; res ita scriptis mandari  
queant, vt nullo discrimine per obsessas  
ab hostibus vias tutò perferatur: quaque  
interceptę illorum furtiue mutęque lite  
rę interpretationem luculentam reci  
pian: hac itidem arte cum ad vrbes no  
stras propter obsidionem aditus non pa  
ret, remedium inuentum est magno lo  
corum interuallo cū obsessis colloquen  
di. Quę si cui fortè paulò obscurius per  
scripta videatur: sciat hac in re eorū me  
exemplum secutum, qui res huiusmodi  
(quas nō intelligi vulgò Reipublicę in  
teresset) eo stylo sunt cōplexi, vt eas de  
mum probè notas sibi esse ostenderent,  
vnde, quando vsus foret, peti possent.  
Sunt enim ista ex eo genere quòd no  
stra cōmoda paribus ab hoste incōmo-

dis sæpe turbaret . At si qua in his ex-  
lia quisquam forsân existimet:admoni-  
tum velim parua esse omnium rerû vel  
maximarum principia, sed quæ si negli-  
gantur, non sit maioribus locus. *Quare*  
in numerorum meditatiõe immortalis  
est philosophorum princeps Pythago-  
ras, cumque secutus Plato de viatque  
natura literarum copiosissimè disputa-  
uit. Istis verò magnis atque grauibus ef-  
se faciliè per me licebit, qui ea temerè cõ-  
temnent, quæ olim præstanti doctrina  
viri ipsique imperatores Romani non  
indigna sua cognitione iudicarunt. Sûnt  
autem hæc instar Sileni Alcibiadis pro-  
pè ridicula rerum admirabilium integu-  
menta, tanquam vilis vestis pulcherri-  
mæ virginis. At introite, hîc dii sunt, di-  
cebat Heraclitus . Nā pars altera huius  
tractationis verendum est potius ne in-  
contrarium periculum incurrat, & ma-  
gnitudine laboret sua: quippe quæ diui-  
norû nominum mysteria perstringit va-  
riasque ex numeris ac literis diuination-  
nes quas

*Fab. Quin-  
ti.*

*Pythago-  
ras.  
Plato.*

*Heraclitus*

nes, quas ex adytis sacrosanctę antiqui-  
tatis erui perscrutādo. Eā sanē spe, vt his  
velut augustę sapientię elementis, prin-  
cipes doctrinarū viros ad mysticā illius  
cognitionem ē puteo Democriti edu- *Democrit⁹*  
cendā excitare. Cuius cū opinio de mi-  
nimis rerū corpusculis parū fuerit pro-  
bata in vulgus, me iure ipse consolabor,  
si hanc meā notarum quasi atomorum  
scientiā animaduertam placere paucissi-  
mis. Satis mihi laboris mei constabit ra-  
tio, si tibi vni (Mœcenas) vt casta mulier  
suo viro placē: Si vt Democritus ille  
Hippocrati, vt poëta quidā Platoni, vt  
tribicē Antigenidę magistro: sic ego ad  
populum frigescens, soli tibi canam &  
Musis. Hoc verò semel præfatū velim:  
nullum prorsus in his scriptis supersti-  
tionis genus versari, omniaque à naturę  
& mathesis ratione pendere: præser-  
tim quę ad Steganographiā Solis & Lu-  
næ pertinent. Quibus multa ex opticis  
experimētis ac Ferrerij familiaris mei di-  
sciplina addere potuissem, nisi cognos-

**Vitellio.** sem Vitellionē & Tritemium. ea rudē  
multitudinē latere voluisse, A qua pro  
his tantis (quæ minima esse iudicabit)  
aliam mercedem non expecto maiore  
laudis & gloriæ, quàm lucritulit à ab  
**Alexander** Alexandro qui milij vel cicceris grana  
eminus per acus foramē certo iactu trāf  
mittebat, ob hoc modio sui leguminis  
à rege donatus. At si me qua soles beni  
gnitate ac fauore prosequeris, spero tan  
dem studio ac diligentia cō mysticæ hu  
ius sapientiæ peruenturum, vt me nec  
laborum meorum, nec te tuę erga me li  
beralitatis vnquam poenitet. Bene va  
le. Lutetiæ. 27 Cal. Octob. 1550.

# Iacobi Cohorij, de

## VSV ET MYSTERTIS

notarum liber.



Visi poëtae veteres erāt  
fabulati. Irim Thammā-  
tis filiam, diuinus Plato *Plato.*  
admirationem primum  
philosophiæ motum, ar-  
dorem & stimulum interpretatur. Ma-  
gna verò pars admirabilium rerum aut  
fidem nō inuenit apud nos, si in sensus  
non cadunt, aut vulgò ad eorum ma-  
nē sue referri solet. Et enim imperitia  
causas rerum paulò abstrusiores (quas  
ignorat) mauult diuinas existimare, ne  
eādem sententia illarum sese & huma-  
nitatis expertem iudicet. Quoruſquis-  
que Archita Tarentini columbam li-  
gneam volatilem, Aegyptiosq; sta-  
tuas sponte mobiles & loquaces, Ar-  
chimedidis Syracusij sphæra cœlestis mo-

A

tus æmulam, ac machinas Romanā potentiam eludentes, variā Boëtij automata: quis ex rudi multitudine (vt minora sectemur) scœnobatis seu funābuli pedes, quis præstigiatoris ludicri manus vi plusquam mortali moueri non credit? Inseratur quoque huic numero manus opus officio linguæ celerius (quod Seneca & Martialis admirantur) Gallus Aufonius eleganter describit.

*Aufonius.* Euoluo (ait) libros vbères  
Instarque densę grandinis  
Torrente lingua perstrepo  
Et mota parcè dextera  
Volat per æquor cæcæ  
At me loquentem præuenis  
Quæ furta corde in intimo  
Exercet alet dextera?  
Addit attonitus munus hoc diuinum  
sibi potius quàm artificiosum videri.  
Doctrina non hoc præstitit  
Nec vlla tam velox manus  
Celeripædis compendij.

**Hinc**

A

Hinc illa Homeri ilias (vt Solinus scribit) *Solinus.* resta nucis inclusa: res profectò incredibilis absque artis notariæ cognitione, cuius statui vsum atque rationē paucis explicare. Est autem dicta notaria à notis: notæ verò signa sunt rei latentis & occultæ, qualis est animi cogitatio. Ea vt præsentī palam fiat, oratione enunciat, quæ secundum munus est post rationem à deo immortalī hominibus tributum. At cū ad longè distantes exiguus vocis sonus perferri non posset, præstanti ingenio viri primū figuras animalium, arborum, cæterarūque naturalium rerum excogitarunt, quibus animi motus absentibus etiam explicarent. Hæc Hieroglyphica nominarunt: de quibus Ori Apollinis libellus ad nostra vsque tēpora peruenit. Pulchrum hoc quidem inuentum, sed rude & laboriosum (vt omnia prima) vir diuinus Theut Aegyptius (Platone teste) *Plato.* literarum artificio perpoliuit. Et cuius non artis pa-

A ij



Aristoteles  
In meta-  
physicis.

rens est Aegyptus: quæ monimenta re-  
perit quibus omnes mandarentur? Nō  
enim sunt ō Cicero doctrinarū inuen-  
trices Athenæ, nō rati boni ferax Græ-  
cia, cuius alumnus Aristoteles Aegi-  
pto omnes libenter acceptas refert &  
in quam Plato, Pythagoras ac opti-  
mi quique discendi gratia commea-  
runt, Ars bellissima sonum volucrum  
irreuoocabilem, stabili cæræ aut cartæ  
infixisse. Sed cū celeritas scribendi qui-  
busdam in negotiis summopere neces-  
saria esset, vt. in excipiendis oratorū al-  
tercationibus & iudicum sententiis, in  
dictantium principum epistolis, in pri-  
uatis quoq; studiis & negociis: inuenta  
est notarum ratio, qua elementū vnum  
vocabulum totum exprimit.

Quæ inquit Auson<sup>9</sup>) multa fædi copia  
Punctis peracta singulis,  
Vt vna vox absoluitur.

Primum autem a Tyrone Cicero-  
nis liberto, Eusebio teste, condita est  
ne patrono ipsi tam occupato falso o-  
tiosis-

tiolissimum opus imponamus. Ita cre-  
 didit auctor incertus de notis nouissi-  
 mè editus in lucem. Ita T ritemius ger-  
 manus. quos notæ ipsæ in errorem tra-  
 xerunt vt inscriptionem libri notarum  
 quæ erat huiusmodi. T V. C I C E R.  
 L I B E R. Legerent. T V L L I  
 C I C E R O N I S L I B E R cum  
 legendū esset Turonis Ciceronis liberi-  
 ti, quoniā pro litera Pythagoræ olim v.  
 Latinum vsurpabatur. Purrum semper  
 Ennius (vt Cicero refert) nusquā Pyr-  
 hū, vi patefecerūt Phruges, nō Phruges  
 ipsius antiqui declarant libri: nec enim  
 græcā literā adhibebāt. Approbasse ta- *Plutarchus*  
 mē artem liberti Ciceronem fateor (vt  
 Plutarchus scribit) & ea notarios instru-  
 xisse ad orationem Catonis ex ore col-  
 ligendam. Ab his itaque notis nota-  
 rij tum dicti fuere, nostri verò quibus  
 ars ista comperta nunquam fuit à re-  
 rum notis nomen acceperunt: quòd cō-  
 tractus testamētaque ciuium in cōpen-  
 dium quoddam cōtrahunt eoque mo- *Cicero.*

re redigunt in commentarios . Eadem  
ratione Cicero in philosophiæ præce-  
ptis notationem appellauit proprietatis  
vocabuli summam velut adumbrationem  
tāquàm nomen id inuolutum contineat  
quod definitio euoluit atque explicat.  
Porro librū Tyronis vidi beneficio Tillæi  
cū accessione Diui Cypriani, qui adiectis  
religioni nostræ necessariis notis, librum  
in vsum christianū traduxit. Ille verò  
(cui hodie nescio quis Gallorum antiquitatis  
studio iure concedat) detulerat ad me, vt  
quod per occupationes facere ipse non poterat,  
eam notarum infinitatem dispersam  
prorsus& confusam in aliquem ordinē  
redigerem: quod aggredientem me subita  
valetudo reuocauit . In eodem fasciculo  
addiderat Psalteriū David eiusdem  
notæ, qualē Tritemius reperit Armenicę  
linguę inscriptione. Qui enim nullam  
huius literaturę suspicionem, ne auditu  
quidem vnquā conceperat, ignotam  
figurarum deformitatem in  
linguam

linguā a sua cognitione remotissimā,  
coniectura reiecerat. In hanc autem cu-  
piditatem Tillæus non sola rei nouita-  
te trahebatur, sed educendæ ex his te-  
nebris historię nostrę studio, quibus  
permultas veteresque Regum priscorū  
leges aliāque incorrupta rerum a Fran-  
cis gestarum documenta sepulta & de-  
mersa comperit. At Tritemius ipse au-  
tor est, Pharamūdum, Clodium coma-  
tum aliosque Francorum Reges suas  
quenque notas habuisse. Ex quo Ty-  
ronianę notationis cognitio parū pro-  
desset: locus enī foret diuinatrici igno-  
rę literaturę interpretationi, paucis ho-  
die perspectę. Vt autem ad institutum  
reuertamur: Tritemius in Polygraphię  
præfatione ita de hac re scriptitauit:  
Marcus Tullius Cicero facundus ora-  
tor, ingenio vsus & arte phrascos mi-  
nutias commutauit in signa & thele-  
matis sui Philergiam siue characterem  
pro vsitata phrasi locauit. Tanra verò  
in hac ipsa nouitatis vsus est copia, vt











Io. Trite-  
mii.

rebus penè cunctis mundi satis esse pos-  
set eius inuentio. His autem misteriorū  
prænuntiatoribus artis institutio mirā-  
dam contulit agilitatem vt præter na-  
turam omnium solidis vtantur gressi-  
bus pedū, & non per minutias vel mo-  
menta, sed gradibus integris bonæ ma-  
gistri subseruiāt voluntati. Quoniam rex  
tutissimè vti potest obsequio quauis  
non sine magno labore, manifesta que  
bacuecorum suspicione. Hæc tanquam  
enigma in clauic eiusdem libri ita ex-  
planat. Librum scripsit notarum Cice-  
ro ad filium in modum scilicet dictio-  
narij, vbi secundum ordinem ponuntur  
primò characteres siue notæ, postea di-  
ctiones per eosdem characteres defi-  
gnatæ, ita quòd dictio quæuis per no-  
tam sibi significatur præpositam. Tan-  
ta verò est notarum cum dictionibus  
sibi subiectis copia, vt omnino sufficiat  
ad Latine de omnibus scribendum. Iam  
cum propter Tillæi absentiam, Tyronis  
liber non sit in promptu, ex Tritermio  
exemplum,

**exemplum aliquot notarum proponā,  
ex quibus facile de reliquis erit iudiciū.  
Mirari enim licet figurarum varietatē  
simūlque damnare tantam cum verbis  
quæ exprimunt dissimilitudinē, vt im-  
mensum laborem ad reminiscendum  
relinquant. At si Tritemius paulò dili-  
gentius ad has notas attendisset, statuis-  
set in exemplum alio ordine, cūm quæ  
eiusdem sunt originis à nota vna prin-  
cipe variè deducantur, vt probus à quo  
probitas, probabilis, deinde improbus,  
improbitas: postea approbat &c.**

**B**

<b>W</b> approbat	<b>W</b> modestus
<b>W</b> comprobat,	<b>W</b> immodestus,
<b>W</b> improbus	<b>M</b> modicus
<b>W</b> probus,	<b>M</b> immodicus,
<b>W</b> probitas	<b>M</b> commodus
<b>W</b> improbitas,	<b>M</b> incommodus,
<b>W</b> probabilis	<b>M</b> accommodat,
<b>W</b> reprobat,	<b>M</b> in modum
<b>W</b> modus	<b>M</b> admodum
<b>W</b> modulus,	<b>M</b> quēadmodū,

	epistola
	litera
	literæ,
	syllaba
	tempus
	per tempus
	per idem tempus,
	temporalis
	extemporalis,
	homo.

Transtulit alias Tyronis notas Tri-  
temius in significationem simplicium  
literarum, quas hîc in integrum à me  
restitutas ascripsi.

B ij



Vb a	X e	f k
v b	Δ E	l <sup>o</sup> l
X bb	G ff	tt m
V c	W g	N m
Δ cc	Wy b	X n
v d	q i	Λ n

X o	G s	π y
z p	m scb	ny z
m pp	7 t	ph ph
L q	4 v	vp th
W r	z vo	q fp
X re	ox	ex ft

Ars enim nulla simul inuenta fuit &  
perfecta : facileque est aliorum scriptis  
aliquid

aliquid addere . Quare non deterruit scriptorem de notis (quisquis est) nomē Ciceronis & Cypriani, quin manum stylo admoueret, traderétque facilioris literaturæ rationem . Quem quidem Aegidio Bordino doctissimo viro debemus: licet ieiunum & aridū, vtilem tamen atque fructuosum . Est enim tantum velut index quidam rei ab eo scriptore tribus libris copiosius explicatæ. Memoriam enim ( inquit Triteremius ) postulat Ciceronianus scribendi modus maximam, & laborem legendi penitus ingentem, vbi quilibet character aut dictionem significat integram, aut syllabam vltimam siue partem orationis aliquam ad compositionem totius idoneam. Hęc ille: qui tam multa de iis notis locutus, verūtamen earum vsum vix verbo quidem attigit, sed ad principum secretiores epistolas voluit transferre, tāquā in hostiū manus is quoque liber incidere nequeat, cuius ope tenebras illas discutiant . Porro nouus iste

notator hoc ultra Tyronem præstitit,  
vt literam cuiusque vocabuli primorẽ  
seruaremus, non autem alienã pror-  
sus, vt ille, forma vteretur. Probus enim  
p P inciperet, & bus finẽ apice proprio  
delinearet. Itaque vt artem breuiter &  
obscurẽ ab hoc ipso notatam, in cogni-  
tionem & vsum traham, hæc habeto.  
Principio lexicon tibi constituas qua-  
cunque in lingua voles : Lexicon ( in-  
quam) syllabarum tãtum extremarum,  
quæ additæ literæ primæ vocabuli to-  
tum faciliẽ in memoriam reducent: In-  
uentum autem est scriptoris huius po-  
lygraphi, vt omnes omniũ verborum  
fines viginti figuris cõprehendat, quas  
ab I, litera variẽ inflectit. I, enim litera  
(autore Alberto Durero) velut recta li-  
nea, fundamentum est cõpositionis o-  
mniũ notarũ atque literarũ. Sic probus  
p notabitur, sic probat p sic probitas  
p sic probabilis p sic probare p v-  
no quoque sibi pro arbitrio fingente  
notas extremorum. Mediæ autem syl-  
labę

labę omittuntur, & coniecturę legentis relinquuntur, quam facillimam esse experimēto cognoscer. Scrupus tamen hic incidit cū diuersa duo vocabula, ab eadem litera oriuntur, & similiter desinunt, vt si P, simplici probitas scripseris. Si ergo sese offerret pietas, qua notatione poterit à probitas, vel parcitas, petas, paucitas distingui? Repertum est remedium huic malo, à vario situ puncti seu lineę accessorię, quā in vertice apicem nominauimus: Situs enim sunt nouem, supra notam, vt P, infra vt P, ante verò & post notam triplex, vt P P P Post, similiter, vt P' P P, nonus situs est transfixionis, vt P. simplex autem est superior atque inferior tantū: quia nulla ferè est notarum supra infrāque latitudo, quę trium locorum spacium euidentis præbere possit. Itaque in lexico p tribues (si ita videatur) probitas vocabulo p parcitas - p paucitas &c. neque vlla occurrer tibi confusio. At cū hęc similitudo numerum loco -

rum excedit, subueniet primoris notæ  
 varia constitutio, vt pro P,  $\sigma$ , J, pro. c.  
 o o o, &c. Hæc si fortè satis non fa-  
 ciunt, ad nouas & inuisas notas, tâquam  
 extremam anchoram, confugiendum  
 censeo. quarum vsus apud Tyronem tâ  
 creber & frequens nimiam lectori scri-  
 ptorîque difficultatem parit: vt in voca-  
 bulo probus pp p T Hæc pauca  
 si tecum diu multumque perpendas, in-  
 telliges ad perfectam notandi rationem  
 nihil deesse, quæ ex compendio autho-  
 ris incerti vix suspitione colligi potest.  
 At cuiuspiam forsân dubium esse possit,  
 nihilne ad hunc vsûm conferant notæ  
 illæ antiquæ (de quibus extat adhuc Va-  
 lerij Probi libellus) multis seculis ante  
 notariam vsitatæ, nempe in senatuscon-  
 sultis, numismatis, in tropheorum ar-  
 cuumque triumphalium, theatrorû, cæ-  
 terorumque publicorum operû inscri-  
 ptionibus: vt S C, Senatusconsultum.  
 SP Q R, Senatus Populusque Roma-  
 nus. C O S. i i i. Consul tertium. De  
 quibus

quibus mea opinio est paucissimas in  
 tanto numero notas proprias reperiri,  
 quas ego in notando libenter vsurparē,  
 quemadmodum & quæ vsu iam trita  
 sunt apud nos syllabarum compendia,  
 p pro, p per, ° con, ° us, v vir, &c. Cū  
 breuia & vsitata sint, nec mediocrē lu-  
 cem distinctionis afferant, non erunt  
 meo cōsilio negligenda. De iis Probum  
 ipsum præfātem audiamus: Est etiam *Valerius*  
 (inquit) circa perscribēdas vel paucio- *Probus de*  
 ribus literis perstringendas voces stu- *scripturis*  
 dium necessarium, quod partim pro vo- *antiquis*  
 luntate cuiusque sit, partim vsu publico  
 & obseruatione communi. Nam apud  
 veteres cū vsus notarum nullus esset,  
 ad scribendi facultatem maximē in se-  
 natu qui aderant in scribendo, vt ce-  
 leriter comprehenderent, quædam ver-  
 ba atque nomina ex cōmuni sensu pri-  
 mis literis notabant, & singulæ literæ  
 quid significabant in prōptu erat, quod  
 nominibus, prænominibus, legibus pu-  
 blicis, pontificūque monumentis, iū-

C

risque ciuilibus libris etiam nunc manet.  
 Ad quas notationes publicas accedit et-  
 iam studiosorum voluntas, ut unusquisque  
 que familiares sibi notas pro voluntate  
 signaret, quas comprehendere infinitum  
 est. Publicæ sanè tenendæ sunt, quæ in  
 monumentis plurimis & historiæ  
 libris sacrisque publicis reperiuntur. Ex  
 his approbo quæ sunt huiusmodi, A p p  
 appellat, A A A. FF. ære, argento, auro.  
 flato, ferundo vel feriundo, D M. diis  
 manibus, M E magister equitum, H iii.  
 M N sestertia tria millia nummum. Quæ  
 verò communes sunt notæ, reiciendas  
 prorsus censeo: ut F F F. æquè enim si-  
 gnificat, fortè, fortuna, fatum: &, ferio,  
 flamma, fame: &, flauius, filius, fecit. ut  
 D D D, datus, decreto, decurionum: vel,  
 dono, dedit, dicauit, &c. quæ tamen in  
 operibus publicis ex re ipsa sui coniectu-  
 ram facile præbent in scripto perspicu-  
 tissimum quemque fallerent. Quale a-  
 pud Ciceronem est illud quoque Cras-  
 si in Memmium, quem comedisse nar-  
 rabat

Cicero.

rabat lacertū Largij, cū esset cū eo  
 Tartacinæ de amicula rixatus. Ibi in o-  
 mnibus parietibus inscriptas fuisse lire-  
 ras, tria L L L, duo M M. Cū quæré-  
 ret id quid esset, senem illi quēdam op-  
 pidanum dixisse: Lacerat lacertū Lar-  
 gij mordax Memmius. Ficta enim fuit  
 ab illo tota hæc falsa narratio, nec publi-  
 cis scripturis inseri à Probo debuit, qui  
 arbitrarias & priuatas cōmemoraturū  
 se negauit. Lōgiorem hæc ars disputa-  
 tionē postulare non videtur ob clarita-  
 tem, nec alia commendatione indigere  
 ob vsus illius fructum vberimum. Itā-  
 que fuit Romæ in pretio, quo tempore  
 tum imperij gloria, tum rerum optima-  
 rum studia omnia floruerunt. Magni fe-  
 cit Seneca, admirati sunt Martialis at-  
 que Ausonius, Titus ipse imperator a- *Titus Imp.*  
 deo est ea delectatus, vt cum amanuen-  
 sibus per lusum certauerit, Plinius secū-  
 dus vt notarios secum assiduos duxerit:  
 nec mihi videtur vlla humini ingenij  
 inuētio tā in publicis q̃ priuatis munc-



ribus maioris esse momēti: Qua si fore-  
ses, maximè actuarij vterētur (vtātur au-  
tem aliqua & sua necesse est) multò cer-  
tiori fide iudiciorū acta constarent: cūm  
perita manus quantacunque vocis hu-  
manæ volubilitatem scribendi celerita-  
te cōsequeretur, imò comitaretur. Qua  
arte destituti longissimas causidicorum  
orationes præcipiti plerunque lingua  
effutitas ex ore dicētium excipere & in-  
scriptis redigere nullo modo possent:  
quod si summam rerum colligant, pe-  
riculum est ne quando firmamentum  
causæ prætermittāt. Non est silētio præ-  
tereundum hoc artis notariæ nomine  
vel notoriæ, quasi inter angustiores sa-  
cerdotes Apollinis artem mysteriorum  
plenam versari, qua paucis diebus om-  
nium diuinarum humanarūque rerum  
scientiam consequantur. Sub theurgia  
seu diuina magia (inquit Cornelius A-  
grippa) continentur ars Almadel, No-  
toria, & Paulina: quæ quidem manat  
ab Apollineo furore. Is autem arte qua-  
dam

Agrippa  
de vanitate

dam elicitur(inquit)paucissimis cog- *Agrippa*  
ta,taliter informando,exornando,& il- *de occulta*  
lustrando fidelem & purum hominis a- *phil.*  
nimum,vt ex ignoratię tenebris repen-  
te ad sapientię lumen euehatur. Quip-  
pe humanus animus(authore Apuleio) *Apuleius.*  
præsertim simplex & purus sacrorum  
quorundā auocamento ac delinimen-  
to soporari & externari potest ad præ-  
senrium obliuionem:ita vt remota cor-  
poris memoria, in naturam suam diui-  
nam redactus lumine illustretur, & fu-  
rore affletur æthereo. Parcāt mihi quę-  
so,si aliquem desidero ex tot magiæ il-  
lius sacrosanctę discipulis, qui tantillo  
tempore vniuersum doctrinarū orbem  
sit cognitione complexus: quos omnes  
ad Pliniū tam perniciosę vanitatis vin-  
dicem mitto:nisi fortè respōdeant eiuf-  
modi furores cum vi oraculorum del-  
phica iandudum euanuisse. Verisimi-  
lius mihi videtur de arte quadā id per-  
hiberi,quæ sit tanquam ars reliquarum  
artium:sicut hominis manum dicitGa- *Galenus.*

lenus instrumentum instrumentorum:  
quæ quidem summa rerum genera col-  
ligat, collecta definiat, rursus definita  
partiat. sic à capite deducens ad calcē:  
deinde cuique rei suum locum, cuique  
loco suam notam attribuat: media sub  
summis, iusima sub mediis rite atque or-  
dine collocet. Quo sanè p̄cluior mul-  
tò est rerum maximarum comprehēſio  
coniunctis intelligendi ac reminiscendi  
attribus. Hoc in genere feliciter versatus

*Raymūdus  
Lullius.*

esset Raymūdus Lullius in arbore sciē-  
tiæ, in arte magna & breui, si subtilita-  
tis laudem eloquentiæ splendore adæ-  
quatset. Cuius tamē ex ludo Faber Sta-  
pulensis, Io. Reuchlinus, Cornelius A-  
grippa, clarissima nostri seculi lumina,  
cōplurēsque alij rāquam ex equo Tro-  
iano heroēs prodierunt. Hoc genus ex-  
peditum docendi nostra quoque ætate

*Iulius Ca-  
millus.*

Iulius quidam Camillus in eloquentiæ  
disciplina tētavit, extructo adfabrē Re-  
gi Francisco amphiteatro ligneo: in cu-  
ius partibus miro ordine condebat ve-  
lut

lut copiaz quoddam cornu, quod pro-  
 mere promptum esset ad de quacūque  
 re proposita ornatè copiosèque dicen-  
 dum. At non inficior inter magicos li-  
 bros aliquem in manus meas incidisse  
 artis notoriæ titulo, qui solēni obsæ-  
 rationum ritu à septem Planetis totidem  
 artium (quas liberales vocant) parique  
 dierum numero perfectam & absolu-  
 tam cognitionem polliceretur. Sed (vt  
 Marsilius Ficinus quæ de vita cælitus *Marsilius  
Ficinus.*  
 haurienda per sacrificia, imagines, &  
 annulos scripserat, in epistolis tandem  
 suis interpretatur) non tam sunt hæc  
 præcepta credentis vel sperantis, quàm  
 optantis vota. Artem enim habitum a-  
 nimi rectè statuit Aristoteles, qui longo *Aristoteles*  
 usu cōparetur, nō subito influxu instil-  
 let in mentem. In hāc tamen sententiā  
 magis inclino, vt ad eam Cabalæ partē  
 referatur, quā notariacō vocant: nem-  
 pe de Hebraicis literarū & numerorum  
 notis, sub quibus credunt summa myste-  
 ria latere. Iam (vt eò redeamus vnde su-

mus digressi) compēdiū scribendi discendique paucis hucusque perstrinximus : restat alium antiquum vsum notarū persequi , qui maximis quibusque imperij rebus perscribendis, priuatisque nonnunquam negotiis adhibebatur.

*Terentius.* Multi enim sunt, quibus (vt Terēti<sup>o</sup> ait)  
Tantum est otij à re sua,

Aliena vt curēt, quę nihil ad se attinēt.  
Multi humanitatis expertes, ac vitę cōmunis ignari , qui literas alienas interceptiunt, palāque proferunt. Quod quid

*Cicero.* aliud est (ait Cicero) quā tollere ē vitę vitę societatem? tollere amicorū colloquia absentium? quā multa loca solēt esse in epistolis , quę prolata si sint, inepta esse videantur? quā multa seria, neque tamen vllō modo diuulganda? Notarū in hunc vsum Iulius Cēsar pri-

*Suetonius.* mus author fuit . In cuius vita Suetonius, Extant eius (inquit) ad Ciceronē, item ad familiares domesticis de rebus epistolę: in quibus si qua occultius ferenda erant, per notas scripsit: hoc est,  
sic structo

hic structo literarum ordine, ut nullum  
verbum effici posset. Quæ si quis inuesti-  
gare ac persequi volet, quartam elemēto-  
rum literam D pro A, & perinde reliquas *Aulus*  
commutet. Id Aulus Gellius cōfirmat: *Gellius.*  
In epistolis (inquit) Cæsaris inueniuntur  
literæ singulæræ sine coagmentis, ex  
quibus nulla verba coalescunt. Eam ra-  
tionem occultè scribendi nō ad literam  
tantum quartam, sed ad tertiam quan-  
doque & reliquas pertinuisse Tritermius  
ostendit hoc modo: Legimus (inquit) cō-  
plures veterum sapientes philosophos,  
reges, & principes olim varios atque  
multiplices excogitauisse modos, quib⁹  
nunciis suis ad loca remotiōra mitten-  
dis tuto committerent arcana consilij  
& quicquid mysterij credendum occur-  
risset: quò fierent in perferendis idonei,  
atque ab omni prauorū incursione se-  
curi: ne vel simplicitas Cabalisticorum  
denudaret mysterium, vel Bacuccorum  
innata curiositas apostolicis rebus infer-  
ret detrimentum. Magnus Romanorum

D

Cæsar Augustus tenebroso cupiens in  
arduis vti nunciorum ministerio, spira-  
mina vocis concœptæ mutauit ex luci-  
dis in opaca: quorum barbariem votis  
renitentē metatheseos oīchemate, pul-  
chra inuentione ad nutum conuenien-  
tē effecit. Et iste receptiuus & quasi  
perpetuus ordo thelemati nihilominus  
& temporis rationi subiectus, quāquam  
nuncios ab incurſione Bacuceorum cō-  
seruet in via securos: sui tamen regulā-  
tas non custodient metas, intuentes fa-  
ciet omnes de suspitione rei sollicitos.  
Vides hīc virum bonum in historia la-  
psū errorem, quo Ciceronem pro Ty-  
rone, nunc Augustum pro Iulio nomi-  
nauit, quanquam nō ignoro illum quo-  
que (vt Suetonius refert) cū per notā  
scriberet b pro a, c pro b, ac deinceps ea-  
dem ratione sequentes litteras posuisses:  
pro x autem duplex aa. In clauē libri  
sic se ipse exponit: Præmonemus lectore  
ne soli occultē scribēdi modos edidisse  
videamur, plures olim tyrānos & prin-  
pcs

cipes, Pharamundū, Clodion Crinū,  
 Carolum magnū, Mathiā Vngarię re-  
 gem, sed primū omnium Augustum eo  
 artificio vsum fuisse: qui quidē vt facer-  
 e ac tutō scriberet quod volebat, alpha-  
 beti literas varia transpositione muta-  
 uit: ita vt poneret B pro A, C pro B, &  
 sic consequenter de singulis. Et quō scri-  
 ptura magis tortuosa maneret secre-  
 tior, pro suo arbitrio literas disposuit in  
 latum & lōgum, ad quamlibet ordinis,  
 numeri, & loci distantiam. Verū hec  
 nemo quāt mysticium arcanum latēs  
 sub trāspōsitione literarū facile intel-  
 lectu cōprehendere: facit tamen eos hęc  
 scriptura, in quorū peruenierit manus,  
 de latibulo rei introducta suspicaces. Ta-  
 bulas metatheas rectas & antras, ex  
 quibus infinita possunt alphabeta deduci  
 in vsum principum legatis diuersarū  
 provinciarū distribuēda, ex Triemii  
 polygraphia petendas relinquo. modō  
 in trāscursu admonuerō cōtrariū prorsus  
 arti notariæ aliud inuentum esse, quę

D ij



verba pro literis cōstituit, cūm literas illa pro verbis. Opus certè lōgum & scribenti æquè ac legenti laboriosum. At quid facias? alia via tutas principum literas facere nō possis, si simplicibus Arabicis notis scribis, quas vulgo Cefrasvo camus, à Cefer Hebręo vocabulo, id est liber, quōd scribūtur literis numeros significātibus: si autē inusitatis figuris, illius arbitrarię inter duos literaturę retius interpret esse potest: sicut egomet sepius multis testibus factitavi. Quę solertia in abstrusis artibus est necessaria, quarum mytheria fere inuolucris nouę scriptiōis celātur: qualem in magia & chęmia ostendit Tritemius, quę duę cūm à procis (vt ait) plurimis appetātur: virginitatis tamen sunt inuolatę. Sola autem cognitio tabularum & orchematum omnis transpositionis literarū obscuritatem patefacit. Vnde ipsorum elementorum varietate & superfluatorum commixtione, denique notę interdum alicuius pro nomine toto substitutione  
remedium

remedium huic periculo inuentum est.  
Sed nisi ita scriptæ erūt literæ vt ab omnibus intelligi videātur, tuas tamen cogitationes intactas contineant, nunquā effugere possunt hostiles manus, quibus viæ fortē obfessæ tenentur. Cōden da ergo est historia Tritemij more, caractere vsitato, quam qui deprehendet notissimā sibi arbitretur, cum certē nihil sit notū minus. Nam æqualium bacillorum exemplo Archimedis compositio & longē strictæque chartę inuolutio suspicionem hanc nō adimit, & tria inuisibilia literarū genera. Dermatium, Hyphasmaticum, Alleoticum, nota esse possunt quamplurimis: quorum tertium ab illo obscure traditū est. Eius (inquit) scriptura fit cū charta vel sine, nemilua & cala, cum rapho, cū lapolce. Scribuntur item literæ ac variis modis absconduntur & locis, vt sub rate tabulata, sub rosi rila cubior, in leopi, in necostas, in cercali, locubat, ī ratera, in lispilia. hæc sic intellige ex vario situ syl-

D iij

*Gellius.*

labarum fieri scripturā alumine, lacte, camphora, cepe. Cæleri autē & regi sub cæra sub orbiculari non rosi sed loſi, id eſt filo, in pileo, ſtacione, calice, baculo, terra, denique in humanis pilis: de quibus apud Au. Gellium plena eſt narratio. Verūm admoneo quę alumine ſcribūtur, a quę humorem: quę ſale ammoniaco, aut cæparum ſucco, ignis calorē expetere vt legi queāt. Hui⁹ generis eſt præpoſterē ſcribendi illud Arnaldi Villanouani, Azoc cum engi omnia perficit, id eſt caos cum igne: Atque aliud Tritemij, lector mitis vale, id eſt ſitim leua, aliāque in magicis ac chemicis p- pē infinita. Sed quę parem inuento Tritemiano vtilitatem cōfert, laborem autem longē minorem. Concile eſt char- tē ſubtilitas, quam ſcriptorē & lectorē ſimilē habere oportet, eique in qua ſcribitur imponere, vt ea demū in ſalcum ſeu lacunam cadāt, quę occulta eſſe cupimus. Adde huic facilē viam & ab omni ſuſpicionē alienam, quam Tritemius  
his verbis

his verbis celauit: Fuerunt qui accidentiis visibilibus minuta discernerēt, quorum prudētia nox vertebatur in diem, & sine bubonum ministerio lux splendebat in tenebris. hāc verò ego vnam ex omnibusvui meo propriam dicaui. Est & alia occultè scribēdi ratio (auctore Beda Saxone) ex numerorum notis: *Beda Saxo* si causa (inquit) secretior exigat, iii, j, xx. xix, v, i, vii, si scribas, cautè agendū mones. c, enī tertia litera est: à, prima, & c. sed Græcorū literis facilius disci simul, atq; agi qui nō. vt latini, paucis iisdēque geminatis elementis suos numeros solēt exprimere: verūm toto alphabeti sui charactere in numerorū figuras expenso, tres qui supersunt numeros notis singulis depingunt, eundem penè numeri figurandi quàm scribendi alphabeti ordinem sequentes, hoc modo:

1	2	3	4	5	6	7	8	9
α	β	γ	δ	ε	ς	ζ	η	θ
10	20	30	40	50	60	70	80	90
ι	κ	λ	μ	ν	ξ	ο	π	ρ
100	200	300	400	500	600	700	800	900
ρ	ς	τ	υ	φ	ψ	ω	υ	z

*Notaria  
loquendo  
ratio.*

*Beda.*

Habēt Hebræi suos quoque (ad quorum imitationem Græcos verisimile est suas literas reduxisse) vnde in Psalmis Latinis Dauid negat se literaturam tenere. i. bonorum numerum quæ deus in illum contulit. Numeros hîc non ascripsissem, nisi paulò pòst ad grauiorem vsum depromendi forêt. Subtilior multò est ex hoc quoque genere gesticatoria loquendi ratio per numerarias digitorum notas antiqua valdè & à solo Beda ab obliuionis interitu seruata: Cùm dicis (inquit) vnum, minimum in læua digitorum inflectēs in medium palmę artum infiges. Cùm dicis duo, secundum

dum à minimo flexum ibidē impones. Cum dicis tria, tertium similiter adflexes. Cum dicis quatuor, ibidem minimum leuabis. Cum dicis quinque, secundum à minimo similiter eriges. Cum dicis sex, tertium nihilominus eleuabis, medico dumtaxat solo, qui medicus appellatur, in medium palmæ fixo. Cum dicis septem, minimum solum cæteris interim leuatis, super palmæ radicē pones. Iuxta quod cum dicis octo, medicū. Cum dicis nouem, impudicū è regione compones. Cum dicis decē, vnguem indicis in medio figes artu pollicis. Cum dicis viginti, summitatem pollicis inter medios indicis & impudici artus immittes. Cum dicis triginta, vngues indicis & pollicis blando coniunges amplexu. Cum dicis quadraginta, interiora pollicis lateri vel dorso indicis superduces, ambobus dumtaxat erectis. Cum dicis quinquaginta, pollicem exteriori artui instar r literę curuatum ad palmam, inclinabis. Cum dicis sexaginta, pollicem

E

vt supra curuatum indice circumflexo  
diligenter à fronte præcinges. Cùm di-  
cis septuaginta, indicem vt supra circū-  
flexum pollice immisso superimplebis,  
vngue illius dumtaxat erecta trans me-  
dium indicis artū. Cùm dicis octogin-  
ta, indicem vt supra circumflexum pol-  
lice in longum tenso implebis, vngue  
videlicet illius in medium indicis artū  
infixa. Cùm dicis nonaginta, indicis in-  
flexi vngulā radici pollicis infiges. Ha-  
ctenus in læua. Centum verò in dextra,  
quemadmodum decem in læua facies.  
Ducenta in dextra, quemadmodum vi-  
ginti in læua. Trecēta in dextra, quem-  
admodum triginta in læua. Eodem mo-  
do & cætera vsque ad nongenta. Item  
mille in dextra, quemadmodum vnum  
in læua: duo millia in dextra, quemad-  
modū duo in læua. Tria millia in dex-  
tra, quemadmodum tria in læua, &c. vs-  
que ad nouem millia. Porro decē millia  
cùm dicis, læuam medio pectori supinā  
appones, digitis tantum ad collum ere-  
ctis

tis. Viginti milia cūm dicis, eadē pe-  
 ctori expansam latē superpones. Trigin-  
 ta milia cūm dicis, eadē prona, sed ere-  
 cta, pollicem cartilagine medi j pectoris  
 immittes. Quadraginta milia cūm di-  
 cis, eandem in vmbilico erectam supi-  
 nabis. Quinquaginta milia cūm dicis,  
 eiusdem pronæ, sed erectæ pollicē vmbi-  
 lico impones. Sexaginta milia cūm di-  
 cis, eadem prona fœmur læuū desuper  
 comprehendes. Septuaginta milia cūm  
 dicis, eadē supinam femori superpo-  
 nes. Octoginta milia cūm dicis, eadē  
 pronam fœmori suppones. Nonaginta  
 milia cūm dicis, eadem lumbos appre-  
 hendes, pollice ad inguina verso. At ve-  
 rò centum milia, ducenta milia &c. vs-  
 que ad nongenta milia, eodem quo di-  
 ximus in dextra corporis parte cōple-  
 bis. Decies autem cētena milia cūm di-  
 cis, ambas sibi manus insertis inuicē  
 digitis implicabis. Hac ratione Plinius  
 scribit Ianum à rege Numa dicatum di-  
 gitis ita figuratis fœtisse, vt trecetorum

*Ars nota-  
 ria loquēdi.  
 Plinius.*

E ij



*Martianus  
Capella.*

sexaginta quinque dierum nota per significationem anni, temporis & æui, se deum indicaret. Sic Martianus Capella de Arithmetica: Digni verò virginis recurrentes, & quadam incomprehensæ mobilitatis scaturigine vermiculati: quæ mox ingressa septingentos decem & septem numeros, complicatis digitis Iouem salubunda surrexit. Tum philosophia ut Tritonidem propter astitabat, quid numero tali Arithmetica intulisset exquirat. Cui Pallas, Proprio (inquit) Iouem nomine salutauit. Iohannes Picus dux Miradulæ ex disputatione qua Romæ nongentas propositiones de reconditis absconsisque rebus aduersus omnes omnium gentium philosophos magno totius Europæ concursu asseruit, quædam hæc ipsum Dactilologia aggressum, solisque digitis argumentum eodem sermonis more confutauit. Non ignorauit quidem Io. Tritemius, sed enucleare in polygraphia noluit, & Stenographiæ suæ reſeruauit.

Beda

*I. Picus.*

*Tritemius.*

Beda (inquit) in libello de inuentis antiquorum multa descripsit artificia, quibus iter mysteriis lucidum fecerunt opacum: Ipse artologiam primus memoriarum posteritatis commendauit, & dactilologiam inuenit. Omnis verò hæc digitaria oratio in eo consistit, vt cum literis exprimere quicquā volumus, eos numeros articulando promamius, qui literarum cuique sunt destinati.

Hoc artificio in consessu & cōuiuio alter alteri suas cogitationes reliquis insciis potest enunciare: quod si Paris ille Troianus sciuisset, commodiore usus esset amoris sui ad Helenam interprete quàm Ouidiano:

*Ouidium.*

Orbe quoque in mensæ legi sub nomine nostro

Quod deducta mero litera fecit, amò.

Fuit autem sua olim quoque Latinis literaria numeratio à Probo memorata: sed (vt Beda iam dicebat) manca & mutila, inepto per I monalem supplemento: perfecta post à Tritemio & ad exē-


plum Græcæ atque Hebrææ redacta,  
qua non minus commodè nobis quàm  
*Ars nota-* illis sua vti licet. Porro succedit notariæ  
*via memo-* loquendi arti ars memoriæ, quæ in no-  
*ria.* tis similiter cōsistit: cui quoniā loca sunt  
*Cicero.* pro cæris, imagines pro literis: à Cice-  
rone dicta est germana literaturæ: quæ  
cū sit custos & thesaurus quasi quidā  
artium reliquarum, perspicuū est quan-  
ti sit à nobis æstimanda. Nam quanvis  
illa sine naturali nulla sit, id est si cere-  
bri posterior pars aut præ siccitate adeò  
obduruerit, vt tanquam in adamante in-  
sculpi nihil queat: aut adeò humescat,  
*Catullus.* vt in ea nemo magis q̃ (vt ait Catullus)  
In vento & rapida scribere possit aqua:  
Certè mediocrem naturæ vim permul-  
tum arte iuuari in cōfesso est: quæ si cui  
sit eximia atque illustris, ad eamque ac-  
*Cicero.* cesserit (vt ait Cicero) ratio quædā con-  
firmatiōque doctrinæ, tum illud nescio  
quid præclarū ac singulare solet existere  
Seneca enim, Mithridates, Cyrus, L. Sci-  
pio, Fabius Maximus, Lucullus, aliiq̃ue  
complu-

complures huius artis ope fecerūt, quæ omnes homines in summam admirationem traherent, Seneca autem ( vt *Seneca* de se ipse fatetur ) duo milia nominum recitata, quo ordine erant dicta, referebat: & ab his qui ad audiendum communem præceptorem conuenerant, singulos versus à singulis datos ( cùm plures quàm ducenti efficerentur ) ab ultimo incipiens vsque ad primum reddebat. Ego verò ex pauco vsu in Panegyrico Pictauesium theologorum & publica iuris ciuilis disputatione artis commoditatem expertus sum quàm maximam: cùm memoria ( auctore Quintiliano ) sicut cæteræ res excolendo plurimum augeatur. Nec tot tantique viri Græci & Latini, Simonides Inuentor, Metrodorus, Sceptius, Cicero, Quintilianus, Lullius, Petrarcha, Raennas, Bustius Romberch, huius artis præcepta literis mandauissent, nisi magnum quoddam studiorum adiumentum in ea esse sensissent. A cuius ampliori

*Notaria lo-  
cutio è vol-  
de disanti  
loco.*

tractatione eorum scripta me reuocante  
dicam tamen præter peruulgatam eius  
institutionem, maximam vim mihi vi-  
deri in P. Poccenti Montenouani acces-  
sione: nempe in usu alphabeti organici  
atque animati, in perpetua imaginū o-  
mnium actione & motu: eūque inter oēs  
breuissimis præceptis hæc exercitationē  
optimè instruxisse: qua duce Cosmogra-  
phia vniuersa, proluxæ principū genea-  
logiæ, in medicina simplicium rerū in-  
finitas in Astrologia stellarū numerus,  
in iurisprudencia capita legum, cætera-  
que memoria certa constantique com-  
prehendi possunt, in quibus naturæ so-  
lius vires profectò fatiscerent. Iuuabit  
hîc postremò inserere notarum organi-  
carum insigne artificium, quo solo licet  
obsessos ab hoste de nostro consilio fa-  
cere certiores. Tritemius Diapynamata  
appellauit, cuius discipulus Agrippa  
more magico scripturam esse dixit in  
circulo Lunæ, quoniam tantum in no-  
cturnis tenebris legi potest, longo lo-  
quentium

quentium seu scribentium ab vrbe interuallo: fit autem quinque facibus accensis certo spacio constitutis, singulis literas quatuor significatibus, primam, sublatis: secundam, motis in dextram partem: tertiam, in læuam: quartam, depressis. Quod Vallo in re militari satis *Vallo.* implicate & obscure nunc vna face nunc duabus factitauit.



Nec ignoro Agrippam ipsum videri hoc tacite ad geometricam subtilitatē referre: cuius ratio (quam non explicat) fortē talis esse posset, vt speculum planū quā maximum edito loco ad perpendiculum suspendatur, aliudque manu teneatur, cuius facies nec recta prorsus nec supina spectet illud quod est supernè collocatum. Sic enim ea videbis etiā quæ interiectis muris gerentur. Sed negat quidam Græcus author quicquam legi posse, præterquā lunā plena directāque inter scribentem pariter & legentem propter radiorū opticā rationē.

*De mysteriis notarū.* **I**Am alteram partem ingredior, cui me libelli titulus obligauit, de mysteriis notarum non tam spe illius enucleandæ prorsus & à tenebris in lucem protrahendæ, quā muniendæ aliis viæ voluntate. Ardua enim est proculdubio præterque omnes artium omnium subtilitates difficilis: nec cuius absolutam & consummatam notitiam sibi debeat arrogare

arrogare, nisi qui doctrinarum omnium  
circulum sciētia sit & cognitione com-  
plexus. Sed par est (ut ait Cicero) omnes *Cicero.*  
omnia experiri, qui res magnas & ma-  
gnopere expetendas concupiscunt: qui  
si, quod tanto studio affectant, faculta-  
te consequi nequeant, certē animi præ-  
clarā tentantis laude non carebunt. Sūt  
igitur in Aegyptiis, Hebræis, Græcis, La-  
tinisq; sacrosanctę vetustatis monumē-  
tis plura occulta mysteria: quę nisi pro-  
pius inspicienti & acuenti quodam mo-  
do intelligentiam, facilē patere non so-  
lent: ita fabulis, ænigmatis, parabolis,  
antiqui philosophi & poetę sapientiam  
à profanę multitudinis sensu remoue-  
runt, iis demum in adyta augusti templi  
admissis, qui animi cultu & meditatio-  
nis industria quasi sacris eorum essent  
initiati. At vulgò ab his qui totos sese li-  
teris abdiderūt, leguntur libri, libri (in-  
quā) & cortices non reputantibus. Plau- *Plautus.*  
ti cōsilio eum qui velit edere nucleum,  
nucem frāgere oportere. Hic subit ani-

F ij



mum peracerba recordatio præmaturi  
*Pici.* Pici illius interitus, qui mihi videbatur  
 inter tot præstantes ingenio atque eru-  
 ditione sui seculi viros solus eruendis  
 mysticę sapientię thesauris animū adie-  
 cisse, cām mors pulchrum illum cona-  
 tum in medio quasi cursu nimis violen-  
 ter abruptit. Atque (vt ordiamur à maxi-  
 mis) cui tandem mortalium non est Si-  
*Varro.* bylle nomē auditū? hanc (ait Varro) nō  
 solū cecinisse quæ dum viueret pro-  
 deissent hominibus, sed etiam quæ cum  
 periisset ipsa, & id etiā ignotissimis quo-  
 q; hominibus, ad cuius libros tot annis  
 post publicè solemus redire, cū deside-  
 ramus quid faciendū sit nobis ex aliquo  
 portēto. In illa scribit Plinius diuinitatē  
 & quandam cęlitum societatem fuisse.  
 Prętereo lubens de numero earū & gen-  
 te varias incertasque adhuc contentio-  
 nes: si plures fuere: sit saltē princeps Cu-  
 mana Vergilio, Erythrea Cōstantino,  
 cuius dicuntur hodie extare & à Seba-  
*Castellio.* stiano Castellione reuocati tāquā ab in-

feris libri. In his ergo Deum Nohe lo-  
quentem audiamus:

Εννέα γράμματ' ἔχω, τετρασύλλαβός εἰμι, Sibylla.  
νόει με.

Αἱ τρεῖς αἱ πρῶται, δύο γράμματ' ἔχουσιν ἑκάστη.  
Αἱ λοιπαὶ δὲ τὰ λοιπὰ κλείουσιν ἅφωνα τὰ πάντα  
τῶ πάντες δὲ ἀριθμῷ ἑκατόνταδες εἰς δις οὐκ ἴσως  
καὶ τρεῖς τοῖς δεκάδες, σὴν τὰ ἐπὶ τὰ γνῶς δὲ  
τίς εἰμι.

Οὐκ ἀμύητος ἔσῃ τις παρ' ἐμοὶ σοφίης,

Latinè ab eo sic expressos paulùmque  
claudicantes, hoc modo restituiamus:  
Sunt elementa nouem mihi, sum tetra-  
syllabus: en me

Percipe quæque trium primarum syl-  
laba constat

Duntaxat binis elementis: cætera restât  
In reliquis: quorum sunt non vocalia  
quinque.

Totius numeri bis sunt hecatontades  
octo,

Et ter treis decadescū septē, Si scieris me,  
Ignarus sophiæ non potes esse meæ:

Quid maius potest hominibus, quàm  
F iiij

diuinam sapientiam polliceri? Quid facilius, quàm ex serie & discrimine literarum & summa numerorum, qui illarum notis significatur? Quis sanè mentis cæteris studiis abiectis, non deinceps omnem aciem ad hoc diuinum nomen consequendum conuerteret? Cùm enim nomen, rerum naturas discernendi docendique sit instrumentum diuinum, in Ideæ diuinæ cognitionē deducet. Quod Plato venerandum multo magis quàm delubra sanxit: Socrates reuerentiam sibi esse erga illud affirmat omni humana formidine grauiorem. At nonnullos audio diu multumque dei varia nomina in digitos misisse (Castellione ignorantiam suam ingenuè confesso) reperisse verò quod cum literarum ratione consentiret, discreparet à numero: Id, verbum Græcum est ab Hermete, Lulio, & Arabum officina (qui telluris viscera studiosè perscrutati sunt) in magia naturali usurpatum: Calid Iudæus canem masculū Corasenin per metathesim

sim appellauit, Virgilius ex Sibylla per *Virgillius*  
ethimologiam in fatali Ramo : quem  
nec viribus vllis.

Vicere, nec duro poteriscōuellere ferro

Quod ad numerum attinet, aiunt illi  
locum hunc in Sibylla esse corruptum,  
certo iudicio nouissimi versus pēta-  
tri in opere heroicorum vniuerso. At di-  
uinum illud nomen non est, nisi Martis  
victorias præferre dicas, aut Hermē-  
tis esse cui Aegyptij diuinos honores tri-  
buere: magnam tamen immutationem  
fieri necesse est antequàm illi, numeri  
Sibyllini conueniant. Sed libera sit cui-  
que sua diuination, palma ( vt Terentius  
ait ) in medio posita est, laus publica.  
Addam tamen ex poëticis fabulis Mu-  
sas esse nouem literarum præsides, Iouis  
filias & Mnemosines, vt his nouē ele-  
mentis diuinum nomē memoriæ æter-  
næ consecratur : Numerum porro no-  
uem non absque mysterio triadem sa-  
cram triplicare. Magnum quoque aliud  
in paribus notis mysterium Sibylla pa-

refecit, cui tota hactenus gens Iudæorū  
inueniendo laborauit. Mefsia enim nō  
men tantis votis expectati his literis &  
numeris detexit:

*Sibylla.*

Δὴ τότε καὶ μεγάλοιο θεῶ παῖ, ἀνθρώποισι  
ἤξει σαρκοφόρος, θνητοῖς ὁμοίμελος ἐν γῇ,  
τέσσαρα φωνήεντα φερέι. τὰ δ' ἄφωνα ὅν αὐτῷ  
διωτῶν ἀγγέλων ἀριθμὸν δόλον ἐξονομήνω  
ὀκτῶ ἡμονᾶδας, τόσας δεκάδας ὑπὸ τέτοισ,  
ἡδ' ἑκατὸντάδας ὀκτῶ, ἀπιστοκόροις ἀνθρώ-  
ποισ  
ὄνομα δηλώσει.

*Castellio.*

Latina sic facta à Castellione:

Tunc ad mortales veniet mortalibus  
ipfis

In terris similis, natus patris οἰpotentis,  
Corpore vestitus, vocales quatuor autē  
Fert, nō vocalesq; duas binū geniorū.  
Sed quæ sit numeri totius sūma docebo:  
Namque octo monadas, totidem deca-  
das super ista

Atq; Hecatontadas octo infidis signifi-  
Humanis nōmen.

Hodie nemo dubitat nomē *ἱουδ*, hic  
signi-

constat significatum, quod vocalibus li-  
 teris quatuor & consonantibus duabus,  
 quæ in lingua Græca efficiunt 8 8 8. In  
 quo mirari licet excellens in his tribus  
 novis mysterium: quæ tres cum sint, una  
 est tamen 8 unius ternique dei index.  
 Vnde Hilarius simplicem ogdoadē & *Hilarius.*  
 ogdoadis decadē ait sacramentū tria-  
 dis continere. Erat quoque hic locus do-  
 pratus, sed facile restitutus ab inter-  
 prete. Cuius à veterib⁹ Christianorum  
 Pythagoreis huiusmodi mysterium ex-  
 plicatum fuit. Iesus hanc habet inenar- *ex Irenæo.*  
 abilem genesim: à matre uniuersorū, id  
 est primi quaternionis in filie locū pro-  
 cessit secundus quaternio, & facta est  
 ogdoas, ex qua processit decas sic factū  
 xvij. Decas itaque adiuncta ogdoadi &  
 decuplam faciens octogies decies, id est  
 octingentorum numerū fecit, ut sit uni-  
 uersus literarum numerus ab ogdoade  
 in decadē progrediēs D. etc. lxxxvij.  
 pariat, quod est Iesus. In quo sacre est & la-  
 ter genesi. Quapropter alphabetū

G

Græcorū habet monadas viij. decadas  
 viij. hoc est octonadas viij. numerū illum si-  
 gnificans, id est Iesum omnibus nume-  
 ris absolutum. Ideoque α & ω nomina-  
 tum, quoniam omnia ad eius genescim  
 concurrerunt. Prius autem quā huius  
 nominis. vj. literarū insigne appareret,  
 mortales in ignorantia magna fuisse.  
 Quod carne amictum est, ut in eorum  
 sensum descenderet, eiusque postea co-  
 gnitio diffusio fuit tenebrarū, viaque  
 ad vitam & veritatem. Præter hæc duo  
 diuina nomina multa sunt alia iisdem  
 Sibyllæ scriptis simili literarum nume-  
 rorumque velo occultata. Alia quoque  
 in eis latet scribendi solertia (ut Cicero  
 ait) quæ ἀποκρυφῶς dicitur, cum deinceps ex  
 primis versis literis aliquid cōnectitur,  
 ut in quibusdam Ennianis. Atquē in Si-  
 byllinis ex primo versu sententiæ primis  
 literis illius sententiæ carmen omne præ-  
 textitur. Nos vero in nostris vnum de-  
 mum præferre possumus: *Ἰησοῦς  
 Χριστὸς υἱὸς τοῦ θεοῦ*, id est Iesus Christus  
 dei

Cicero.

dei filius, seruator, crux. Hoc genere a-  
 crosticho libenter vsus est Plautus in co- *Plauti:*  
 mediaram prologis ad eorum nomina  
 edenda. Alij plura sunt complexi tanto  
 maiore futilitate, quāta subtilitate. Por-  
 rō hodierni Sibyllæ libri quanquā mihi  
 mirabiliter scripti videantur, maius ta-  
 men quiddam de veteribus illis maiores  
 nostri opinione concipiendum vel su-  
 spicandum nobis reliquerunt. Nec te-  
 merè fortè de illorū fide dubitauerim,  
 cum multa ab ea scripta olim memorē-  
 tur, quæ in his fragmentis nō apparēt.  
 Et cur hæc potius pauca ad nos tantō-  
 que interuallo redierunt, quā toti vi-  
 gintiquatuor libri quot scripsisse illam  
 Suidas author est, Caldæa, vt refert ex *Suidas.*  
 multis Eugubinus, fuit: cur ergo Græcè *Eugubinus.*  
 recinit, cum lingua illa & vetustior &  
 quodammodo sanctior inter Magos ha-  
 beatur, vnaque ex omnibus diuinis  
 hominibus data credatur? Græcorum  
 rationem præcipuam habere voluit? At  
 illorum minima mentio: Latine potius



scribere oportuerat, cum potissimum de  
 Imperio Romano ageret, & Romæ ora-  
 culum suum constitutum & stabilitum  
 iri præsentiret. Hei quàm vacillant pri-  
 scorum de illa testimonia! Phœbas erat  
*Constanti-* (ait Constantinus) & anguis custos, su-  
*nus.* pra tripodas, Intraque cortinas respon-  
 sa dabat. Parum ista divinatio cum no-  
 stra religione consentiens. Deuerti sunt  
 (inquit ille) à Babylonia libri eius Ro-  
*Plinius.* mam. Liulus illam in Italiā venisse scri-  
*Gellius.* bit. Plinius ad Tarquinium regē libros  
 dēnūisse, Aul. Gellius precio recusato  
 sex exussisse, tres reliquos tanti vendidit  
 se, quāti omnes antē fecisset. Nec de re-  
 ge ipso constans fama est. Priscus an Su-  
 perbus fuerit. Præterea vniuersum poë-  
 ma (authore Ciccone) *αγγελος* cōsta-  
 bat. vnius modo edere exemplum licet.  
 Itaque haud temere D. Augustus cum  
 in pontificatu suo fatidicos libros cre-  
*Suetonius.* mauit, solos (inquit Suetonius) Sibylli-  
 nos retinuit, hos quoque delectu habito  
 condiditque duobus fœculis auratis sub  
 palatini

palatini Apollinis casi . Postea Tiberij  
temporibus relatum fuit (teste Tacito) Cor. Tac.  
III.  
ad patres à Quintiliano tribuno plebis,  
de libro Sibyllæ, quem Caninius Gallus  
quindecimuir recipi inter cæteros eius-  
dem varis & ea de re Senatuscõsultum  
postulauerat. Quo per discessionem fa-  
cto, misit literas Cæsar, modicè tribunũ  
increpås ignarum antiqui moris ob iu-  
uētam : Gallo exprobrabat quòd scien-  
tiæ cæremoniarũque vetus antistes  
(incerto authore) antescentiã collegij  
non (vt affollet) lecto per magistros cõti-  
matoque carmine apud infrequentem  
Senatum egisset. Simul commonefecit,  
quia multa vana sub nomine celebri  
vulgabantur, sanxisse Augustum, quem  
intra diem ad Prætorem vrbani de-  
ferrentur, neque priuatim habere lice-  
ret : quod à maioribus quoque decretũ  
erat post exustum sociali bello Capito-  
lium, quæsitis Samo, Ilio, Erythris, per  
Africam etiam ac Siciliam & Italicas co-  
lonias carminibus Sibyllæ (vna seu plu-

G iiij

res fuere ) datóque sacerdotibus negotio , quantum humana ope potuissent vera discernere . Igitur tunc quoque notioni quindecimvirū is liber subiicitur. Vides hic vides permulta vagari vana sub celebri nomine, de numero non satis consensisse, magnum iudicium adhibendum in veris falsisque discernendis. Quanti enim intererat reipublicæ scripta falsa non esse , quorum consilio reges aut recipi deberent, aut in regnum reduci, religiones suscipi reiicere, denique maximæ quæque res imperij administrari. Nempe illud quanti, rogo, erat momenti, quod Cicero de Sibyllinis scribit? Nuper eorum interpretres falsa quædā hominum fama in senatu dicturus putabatur, eum quem reuera regem habebamus, appellandum quoque esse regē, si salui esse vellemus . Quam vaticinationem de Christo Eugubinus rectè interpretatur: sed quæadmodum sacri vates in Dauide, Iona, Salomone, atque aliis regibus futura de illo cocinerunt: ita Sibylla,

Cicero.

Sibylla, quam inter Prophetas recipit  
Lactantius, de C. Iulio Cæsare sentiebat, *Lactantius*  
qui post Pōpēium deuictum re ipsa re-  
gnabat. Regium aut nomen obtinere à  
Romanis nō poterat, illis post exactos à  
Iu. Bruto reges supra cetera maxime o-  
diosum. Itaque quo die de eo acturus in  
senatu timebatur, in illum coniuratum  
fuit, ex qua cede noua bella ciuilia, triū-  
uiratus, proscriptiones, totus orbis ter-  
rarum sursum deorsum bellis agitarus.  
Quod Cæsarem quoque ipsum solitum  
(ait Suetonius) ferunt dicere, non tam *Suetonius.*  
sua quàm Reipublicæ interesse ut saluus  
esset, se iam pridem potentia gloriæque  
abundè adeptum: rempublicam si quid  
sibi eveniret, neque quietam foro & ali-  
quanto deteriore cōditione ciuilia bel-  
la subituram. Vnde Iudæi hunc Messia  
sui typum suspicari; inter exteras gētes  
precipue sunt lamentati: adeo ut nocti-  
bus continuis soli bustū frequentarent.  
Quod autē cōtrā affert Eugubinus de  
Cæsare Sibyllinos versus intelligi nē-

quiuisse: Ciceronēq; post ei<sup>9</sup> cēdē libros  
de diuinatione scripsisse, ex Suetonio fa-  
cile iudicatur. Proximo (inquit) Senatu  
percrebruit fama L. Cottani quidecim-  
uirum sentētiā dicturum: vt quoniam  
libris fatalibus cōtineretur Parthos nisi  
à rege non posse vinci, Cæsar rex appel-  
laretur. Itaque ad imprij Romani con-  
stitutionem Cæsar à Sibylla intelligen-  
batur, sub quo mysterium regis cælestis  
latebat, quem (vt re vera regē habemus)  
sic nominare debemus: si salui esse vo-  
lumus. Pontium Pilatum Tiberii impe-  
ratoris procuratorē secuti in ea septen-  
tia, Ergo rex es tu. At hæc quoque fata-  
lis de rege clausula in nouis Sibyllæ ver-  
sibus non extat, cum ante Christi ad-  
uentum commodum esset locum sor-  
tita: quinetiā alia multa mihi fidem  
abrogant. Liceat itidem duo illa patris  
& filij nomina à nobis paulò ante tra-  
ctata, ad incudem reuocare. Ait Sibylla  
hæc, diuinum nomē esse nouem litera-  
rum: quis nescit quāta sit in tetragram-  
maton

maton omniū gentium seculorūque  
 consensio. Aegyptij Theut nominant:  
 Persæ, Syre vel Cyre: Magi, Orsi, vnde  
 Oromasis: Græci, Theos: Arabes, Alla:  
 Machomet, Abdi: Latini Deus. In qui-  
 bus iuuat contemplari similitudinē Ae-  
 gyptij, Græci, Latinique nominis, scili-  
 cet metuentibus Græcis virtutē verbi sa-  
 cri violare, si literas illius præcipuas im-  
 mutassent (vt Origenes contra Celsum *Origenes.*  
 eēssit) quos Romani velut simiæ sunt  
 isecuti. Ego sum (Deus ipse ait) qui sum.  
 Quod Rabbi Nehumias ad Antonium *Nehumias.*  
 consulem probat aliud quàm Hebraicū  
 Iehona esse non posse, cū hoc (quan-  
 tum opis est humanæ) essentiam Dei si-  
 gnificet, reliqua ex effectis posteri-  
 bus deducta sint. Cuius opinioni Reu- *Reuchlinus*  
 ehlinus in Cabala & verbo mirifico a-  
 scribit suam: Ego verò Latinā Iouis ap-  
 pellationem indico quamproximè ad il-  
 lam accedere, quam recto casu sic vete-  
 res non Iupiter efferebant, vt in versu  
 duodecim magnorum deorum,

H

Vesta, Ceres, Ioui? Neptun<sup>9</sup>, Vulcanus,  
Trāscamus ad nomē secūdū *moys*, quod  
Irenæo aduersus Valentinū cōfutandū  
relinquam. Falsum cōmentum eorum  
& instabile figmentum, quod per nu-  
meros aliquādo, & per syllabas nomi-  
num, aliquando per syllabarum literas,  
& per numeros qui secundum Græcos  
in literis continentur, tentant inferre  
probationes. Iesus autem nomen alte-  
rius linguæ ad Græcorum numerū trāf-  
ferentes, aliquando quidem Episeimon  
esse dicunt, sex habens literas, aliquādo  
autem plenitudinem, ogdoada Decc.  
lxxxviiij. numerum habēs. Græcum au-  
tem nomen eius, quod est Sōter, id est  
seruator, quia non cōuenit figmento  
eorum nec secūdum numerum nec se-  
cundum literas, tacuerunt. Hæc autem  
in nullo communicant pleromati eorū,  
Hebræum nomen cū sit, par erat ad  
eorum numeros literas illius accōmo-  
dari, quæ quidem tum vetustate tum au-  
gusta quadam sanctitate cæteris facile  
lingua-

linguarum elementis antecellunt. Hæc  
sunt præter cætera quæ fidem multorum  
ab his carminibus suspenderunt ac co-  
hibuerunt (quæ Sibyllæ hodie ascribun-  
tur) iudicatum illa ex Lactantij, Augu-  
stini, atque aliorum centonibus esse cõ-  
futa, aut has numerationes mysticas in-  
geniosè interiectas fuisse. Surgit ex ad-  
uerso è D. Ioannis Apocalypsi nomen *Ioannes in*  
Antichristi diuino huic contrariũ: quod *Apocap.*  
in pari obscuritatis latebra delitescit.  
Hic sapientia est. Qui habet (ait) intel-  
lectum, computet numerum bestię: nu-  
merus enim hominis est, & numerus eius  
666. Agnoscis per eandem senarij, no-  
tam multiplicationẽ denarij, atque cen-  
tenarij: eadem enim nota est arithmeti-  
ca 6. in 666. antichristi sicut 8 in 888:  
Iesu Christi. Quod quidã duobus fuit  
verbis interpretati: vno ex regione do-  
rice nuncupata, altero ex quarta virtute  
quaternionis, à quò (Irenæo teste) vere *Irenæus.*  
res Christianorũ Pythagorei generim  
produsse dicunt, eius qui in terris extitit

H ij



Iesū. Omitto similes ex numeris Dionysij, Hilarij, atque Tertulliani diuinationes, quæ altissimæ sunt contemplationis. Vercor enim Socratis exemplo, de diuinis rebus prolixius disputare. Numeri porrò cū extra calculum trahuntur, veræ sunt notæ, quibus Pythagoras

*Note Pythagorica.* aliiq̃ sanctiores philosophi ad rerum maximarum adumbrationem vsi sunt perlibenter. Quos Tritemius ille in alphabetorū Polygraphiæ infinitate innotatum sese proficitur, magisq̃ mysteria omnia tum naturalis tum cælestis sub numerorū simplicitate texisse. Inest (inquit) sapienti mens sana in corpore bene morigerato, quæ desiderio sublimioris intelligentiæ sursum acta, cū per similitudinem binarij à ternario redierit in vnitatem, deinceps iam facile ad denariū consurget. Samius ille philosoph⁹ discipulos monuit nō esse quaternarij obliuiscendū: In quo prima numeri perfectio cōprehēditur: Sic etenim numeramus: vnum, duo, tria, quatuor,

siste

siste mentē: habes nāque decem. Denarius enim perfectionis est caput. Quid sunt undecim, nisi denari & unitas? Quid viginti? Bis decem. Quid triginta: Ter decē. Quid quadraginta? Quater decem. Centum habes & à quaternario minime recessisti. Et quid sunt centum, nisi decies decem? Profunda in his latent mysteria, & paucis sunt manifestata. Amore breuitatis silētio plures præterimus, qui naturam arte iuuant, archanis prudentiā adhibuerunt: & quod nescientibus multis videbatur impossibile, sagaci studio in vsum facilem protulerunt. Culta mens grandia potest: & qui adhæret deo intelligentia, fit mūdo altior. Huic verò mysticæ numerationi lucem aliquā ex Aristotele inferre tentemus. Cuius de perfectione denarij hæc est sententia. Omnes nationes ad decem vsque numerare, tot digitis ad calculū homines creari, quod cū semper ac vbique fiat, naturæ potius quàm fortunæ esse tribuēdum. Perfectum au-

*Aristoteles*

rem illum numerum esse, qui omnia cō-  
tineat genera numerandi, par, impar,  
quadratum, quadrantale, longum, pla-  
num, primum, compositum. Fontē etiā  
& principium esse, qui ex vno, duobus,  
tribus, & quatuor constet: maximè cū  
numeris quatuor cubicis vniuersum cō-  
stare Pythagorei censeant qui denaria  
proportionē consummatur. Sic autem  
ad numeros per gradationē, illi omnia  
referebant, ex his (aiunt) concurrunt pū-  
cta in lineas, ex line figure planæ, ex pla-  
nis solidæ, ex iis solida, composita, atque  
elementorum corpora. De quaternione  
autem illo sacro nō alieno à diuino no-  
mine peruulgatus est inter philosophos  
Plutonicos hīc versiculus,

Quatuor ex vno fiunt, & quatuor vnū.  
Quod ad prima corpora elementorum  
referri oportet, ex quibus certū est exi-  
stere quæ videmus omnia? Porro vt tria  
ad vnum per duo reducantur, tantū in-  
esse momenti, nō aliunde melius inno-  
tescet, quàm ex epistola Tritemii. ipsius  
ad

ad principem Ioachimū Imperiū electorem: quam quidem ille ipse cum reliquis suis in lucem prodire non fuit. Imprimis (inquit) necessarium est homini magiæ studioso, ut natura sit ad eā, non solum propensus, sed etiam dispositus, aut à magistro disponatur per reificationem à ternario in unitatē per binarium diuisum: Clarius declarare tibi literis nec possum nec velim. Deinde necesse est ut vniuersi diuisionem sciat, & totius tam inferioris quàm superioris ab vno vsque ad quaternarium in ternario quiescentem, noueritque ordinem ascensus & descensus, gradum, numerū, fluxum, refluxum, esse & non esse, vnum & tria: Quod scire difficillimum est, & omnium mirādorū effectuum radix est fundamentum in magia tam naturali quàm supernaturali. Et qui hūc ordinem cōprehenderit, ipsūque modum intellexerit, erit in omni profunda scientia consummatus, sine quo vanus est & inutilis in magia labor. Præterea

*Epist. Tritemij ad March.  
Ioach.  
Irenæus.*

noscere illum opus est debitum ordinem laborandi, tempus, horam, opus, operis-que dominum planetam, locum, formam, materiam, cōmixtionem, purum & impurum, simplex & compositum, simile, diuersum, cōnexum cunctorum. Postea ipsius animę mensuram, virtutē, bonitatē. Itē sciat oportet sub cuius planetę, spiritus, horę, diei ac tēporis sit dominio quęlibet res mundi secundū substantiam, accidens, & effectum, maximē per quem operantur in inferiora. Sunt enim superioribus subiecta, & sola similitudine (quę solo accidente, potentia, & virtute, numero, gradu, ordine ac proprietate constat) per applicationem vnius ad aliud modo in arte firmata mirandorum in magia naturali sit utilis operatio. Item necesse est omnium intelligentiarum proprietatē, ordinem, gradus, loca sine locato, nomina sine verbo officia sine opere, quemadmodum media in ordine se habent ad extrema, & quomodo per ea operandum sit in quolibet

bet intētionē. Vniuersalis autē primum  
 necessaria est scientia, per quā perficiun-  
 tur. Quemadmodum caro ne putrescat  
 sale conditur. Nemo in his proficere po-  
 test, nisi socios habeat à natura dignos,  
 aut magistri institutione dignificatos.  
 Addam lubens horum mysteriorū sub-  
 tilem interpretationem ex alia ipsius ad *Epistola*  
 amicum quendam epistola (quam pari- *Tritemij*  
 ter in manus hominum venire noluit.) *ad vir. de fi.*  
 mutila quidem & corrupta, sed talem  
 malui quàm nullam dare. Hæc (inquit)  
 radix omnium creaturarum prima di-  
 uisionalē ramum scientiæ consumma-  
 tæ pducit: Cuius aduocatione ista qua-  
 tuor sunt matres eorum, quæ in nouissi-  
 mo ordine quatuor sunt patres eorum,  
 quæ in primo nexus omnium horū pri-  
 mum & vltimum, simplex & purum  
 vnicum omnia tangit. Terra, simplex *alias tingit*  
 elementum, purum & primum, ab vno  
 procedens, non componitur, non mu-  
 tatur, non patitur commixtionem: sed  
 manet quod est incorruptibile, in vno

, consistit vnum: vnum enim non est nu-  
, merus, in vnitatem manet vnum, & per  
, complexionem efficit ternarium, quem  
, octies complectens mirabili natura re-  
, ducit ad vnum. Virtus eius nulli imago-  
, rum explanabilis omnia potest. Nec est  
, illud deus quem colimus, creatura est a-  
, nimi hominis imago, nec viua nec mor-  
, tua, mirabilium tamen effectrix. Et di-  
, co quicumque huius puræ simplicitatis  
, & simplici puritatis notitia sublimatus  
, est, in omni scientia naturali & occulta  
, consummatus erit. Bonum simplex &  
, vnicum est per ipsum, non solum simi-  
, lia, sed & dissimilia multa sunt. Terra,  
, elementum naturæ purum & simplex  
, est, quia compositum ascensu fit multi-  
, plex & impurum, reducibile tamen per  
, ignem & amorem, in aquam scilicet ce-  
, lestem, ab illa in ignem, id est angelos.  
, Ab illo in vnum simplex, id est anima  
, mundi. Numerus & numeratur & non  
, numeratur, quia natura simplex & ac-  
, cidente compositum. Ideo numerari non  
potest,

potest, quia ante vnum non est numerus. Numeratur autem ab unitate vnū, absolutum, sed inclusum: & dicitur vnū, inclusum, vnumque per vnum, ab vno, tamen scilicet deo & nō natura factum, quia ternarius esse cum vno vult, naturaliter vnum per se potens in vno, impotens in altero, in sphaera semper voluitur, in vnoquoque manet: sed non sic imaginatur, sed per ignem purificatum, ad simplicitatem congrua latione reducitur, omniaque mysteria scientiæ profundæ operari potest. Terra autem composita elementū est, & non est elementum per quam ternarius in binariū reducitur, quatuor ab vno gradibus distantem, mira continens, multiplex, corruptibilis, & tamen extra unitatis circulum nō vagatur. Huius cum ternario per binarium in vno secretum omnium magisterium est, & quæcunque humanis inuenta mirabiliter existunt. Eius sunt potestati subiecta, nec cadere in errorem, per tres gradus deducta operatio potest.



, Hoc ipsum elementum non elementū  
, per numerum à se remotum cum sibi  
, adnexo in vnitatē simpliciter reductū.  
, Sine huius mediij finis principij cogni-  
, tione per numeros, gradus, & ordines,  
, nec magus imaginibus virtutē dare sine  
, scelere potest, nec chimista naturā imi-  
, tari, nec spiritus compellere. Homo nec  
, futura prædicere vates, nec quisquā cu-  
, riosius experimentorum capere ratio-  
, nem . Omnis itaque naturæ consistens  
, limitibus actio mirandorum ab vnitare  
, per binariū in ternarium descendit, nec  
, priusquàm à quaternario per graduum  
, ordinem in simplicitatem cōsurgit . Nā  
, si quatuor numerare velis , non aliter  
, quàm ab vno scis inchoandum, dices v-  
, num, duo, tria, quatuor. Hæc omnis nu-  
, meri perfecta consummatio est , fitque  
, regressus ad vnum , quia ultra denariū  
, non est numerus simplex. Nam vnum,  
, duo, tria, quatuor, faciunt decem, & sine  
, regressu ad vnitatem numerus nō pro-  
, greditur . Mirantur huius connexionis  
profunda

profunda nescientes, quibus principiis  
in operatione mirandorū vtamur. Hæc  
enim intelligere non potest, nisi diuino  
munere lumen singulare acceperit in-  
telligendi ex natura in naturam, fuerit-  
que in eo cum lumine ignis, cum igne  
ventus, cum vento potestas, cum pote-  
state scientia, cum scientia mentis inte-  
gritas. Tria autem sunt in magia natu-  
rali principia occulta sciētix, citra quo-  
rum notitiam perfectam, nullus operā-  
tem sequitur effectus. Primò ab vno cō-  
sistens, non à quo, sed per quod omnis  
virtus producitur: de quo diximus, quia  
purum & primum ab vno procedēs nō  
componitur nec mutatur. Ad ipsum à  
ternario & quaternario, id est monadē  
progressus est, vt denarius compleatur,  
per ipsum est numero regressus ad vnū,  
simul ascensus cum quatuor, & descen-  
sus ad monadem. Impossibile est com-  
pleri denarium, nisi per ipsum, quia mo-  
nas in triade læta connectitur. Omnes  
hoc monadis principium ignorātes, ni-

, hīl in ternario proficiunt, & sacrū qua-  
, ternarium non pertingunt. Principium  
, verò secundum ordinem non dignita-  
, tem separatum à primo, quod cum vno  
, existens facit ternarium, est quod ope-  
, ratur mira per binariū. In vno est vnū,  
, & non est vnum est. In quaternario cō-  
, ponitur. In quo purificatum per ignem,  
, in sole aqua pura egreditur, & ipsum ad  
, summam simplicitatem reuersum com-  
, plemētum ministrabit. Naturalis omnis  
, circumfert sibi vnita circulum repræsen-  
, tat immensus ordo. In infinitum virtus  
, ens super omnia purificata & simplex  
, minor omnibus quaternario super gra-  
, dum composita. Quaternarius autem  
, numerus Pythagoricus, numerus suf-  
, fultus, si ordinem & gradum obseruat,  
, purificatus. In vno ad binarium in ter-  
, nario mira & occulta operari potest.  
, Hic est quaternarius, in cuius mensura  
, ternarius. Ternarius enim numerus ad  
, vnitatem reductus, per aspectum omnia  
, in se continet, & quæ vult potest. Prin-  
cipium

cipium 3 per se non est principium, in ,  
binario inter ipsum & finē omnis scien- ,  
tiæ artis mysticę ineffabile medicentrū ,  
nec in alio facilius quàm in ipso, quoniā ,  
paucissimi viuunt in terra, qui profun- ,  
da eius intelligāt. Varium cōpositū per ,  
septenariū ternariū octies multiplicatū ,  
consurgens, manet fixum. In ipso est cō ,  
summatio numeri, graduum, & ordinis. ,  
Tandem finem facit philosophandi per ,  
dicta Pythagoricis similia: Amicus es ,  
(inquit) audi, & tibi consulentem ami- ,  
cum intelliges. Factum est propinquo- ,  
rum inuidia: ignem non aerem pedibus ,  
calca, mortalium de mortalis odio peri- ,  
culum minatur leuitas: iuge symbolum ,  
omne per hominem non homines est ,  
cælestium. In nidulo hirundinū sa- ,  
lustua. Fuge periculum gallinarum, ve- ,  
lum raptum ac ventō persequeris, fati- ,  
gaberis in septenario, sed per ternarium ,  
iterum in vnitatem consurges. O te felicē ,  
si operationes à sole quæcunque natura ,  
videtur abscondere, vt omnes ad verum ,

, solem, qui deus est, per secundæ cogni-  
, tionem purificatus in inferioribus men-  
, tem in desiderio animæ feruore sanctif-  
, simi amoris succensæ conuertas: Diuini  
, amoris ars longa, tempus breue est, præ-  
, statque creatorem quam creaturam di-  
, ligere semper in veritate. De hac re tam  
perplexa & intricata, an meas coniectu-  
ras proferrem diu multumque dubita-  
ui, memor Platonici ad iuuenes præcep-  
ti, ne de rebus grauib; temerè senten-  
tiam ferant: peruicit tandem cogitatio:  
si non admodum placeant, certè non es-  
se nocuras. In monade simul ac triade  
quædam occulta scientia cõsistit. In qua  
Gulielmus Parisiensis multò perfectius  
diuinitatis exemplum quam in D. Au-  
gustini anima iudicauit: quæ cum sit v-  
na, tribus tamen ait facultatibus distin-  
ctis prædita est, intellectu, memoria, vo-  
luntate. At potest subtilius ex Pythago-  
reis numeris ac figuris confirmari, qui  
triangulum constituunt, in cuius apice  
monas sit collocata, à qua terni vtrinq;  
numeri

*Guliel.  
Parisien.*

numeri profluant. Hinc Philolaüs cum *Philolaüs.*  
deum monadem nominasset, mox ma-  
teriam diadē cognominavit, à qua for-  
marum fiat vt numerorū in diade pri-  
ma diuisio. Vnde dicebat Plaro animā *Plato.*  
è cælo in hoc ergastulum corporis præ-  
cipitem datam & intrusam in summa  
perturbatione versari, quequidē à mona-  
de diuina in istam diadis confusionem  
abrepta esset. Hanc autē artificiosam in  
monade triadem magi omnes physici  
ex Platoniceis fontibus pariter hauserūt,  
qui rem quaque naturalem tribus con-  
stare statuunt, anima, spiritu, & corpore.  
Quorum imitatione Aur. Augurellus *Augurellus*  
cecinit:

Verū si reputes, tria sunt primordia tātū,  
Dehinc duo, dehinc etiam (rectè si vide-  
ris) vnum

Tantum crit.

Tria hæc primus omnium philoso-  
phorum Hermes recensuit: Pater (in-  
quit) est sol, mater luna, nutrix eius ter-  
ra. (In diuinis autem nominibus mascu-

K

*Macrobius.* la vim agentem significât, fœminea potestatem capacem.) Itaque vocatus sum

*Hermes.* Hermes Trimegistus treis habens partes philosophiæ totius mundi. Agnoscitis *ἐγών*, id est ( vt Plato interpretatur)

*Plato.* furtiuu sermonis deum eiusque filium

Pana, quod vnus contineat omnia, eūq;

biformem, ob duplicem sermonem, verum ac falsum. Terra autem illa Vesta

est prisca, cui ante deos omnes sacrificatum fuit. Considera ex ipso in cratylō

Iouis nomen, *ἕως ἁλός* partile in *ἁλὶ* atque *ἕνα*, id est duo & vnum, quæ partes compositæ naturam dei in triade o-

stendunt. *ἕως* autem parit *ἁλός*, sicut ex vno duo nascuntur. Quod verò dicit

Tritemius de vniuersi diuisione, Hermes sic mundum ait creatum, & superius

esse sicut inferius Quod carnem sale condiri, de re & comparari intelligere

videtur, quē salem multi appellauerunt, qui rebus communiter *ἰσφί*. Aqua cœlestis, est ea de qua Augurellus:

*Augurellus.*  
*lun.*

Hæc nanque potentia cælo

Cælestis

Cælestis descendit aquæ,

Angeli, spiritus sunt essentia quintæ.  
Quæ de planetis refert in epistola ad  
Germanum Ganeyum, exponi: nempe  
vim artis mysticæ ab intelligibili cæli  
cognitione pēdere Inter septenarij vir-  
tutes Alexander Aphrodiseus ex Pytha-<sup>Aphrodi-</sup>  
gora notauit Saturnum climactericos<sup>sens.</sup>  
annos, id est septimos quosque in hu-  
mana vita regere, & insignes edere mu-  
tationes: hominum generationem se-  
pteno planetarum numero gubernari:  
Lunam septimo die humores naturales  
ac seipsam immutare. Lullius explicat<sup>Lullius in</sup>  
in ea arte circuitiōnem septem planeta-<sup>testamēto.</sup>  
rum eorumque varium influxū specta-  
ri. Quod ad denariū attinet, censet Ari-<sup>Aristote-</sup>  
stoteles ortum omnem atque interitum<sup>les.</sup>  
rerum cōplecti: Arabs quidam decem  
esse medicinas, quas vna suo ambitu cō-  
tineat: cuius in extrema canit poeta ille  
Ariminensis:  
Surrepta demum nobilis fato pecus.  
atque alio loco,



Suspirans cadit, & graue pondus inani  
Corpore vellus adest.

Nidulus hirūdinum in cacumine est ca-  
minorum quasi in perpetua veris tem-  
perie: quastecto excipi Pythagoreis ne-  
fas. Sol est in cælo, more cælesti: atque  
in terra, terrestri, vt Picus in heptaplo,  
& Marsilius Ficinus in Theologia Pla-  
tonica docuere: oculus est luménque  
mundi diei præses, sicut luna noctis, cui  
suam quoque triadem in monade poëtę  
tribuerunt,

*Picus.*

*Ficinus.*

*Virgilius.* Tergeminamque hecaten, tria virginis  
ora Dianæ.

Raymūdus Lullius explicauit. Quę nec  
viua sūt nec mortua ex ipso Ficino audi  
Scimus viuētia omnia tam plātas quàm  
animalia per quendam spiritum mūda-  
no illi maximo similē viuere atque ge-  
nerare: atque inter elementa (quod ma-  
ximè spiritale est) velocissimè gignere  
perpetuóque moueri quasi viuens. Sed  
quæres interim: si elementa atque ani-  
mantes generant aliquid sibi simile suo  
quo-

*Ficinus de  
trip. vit.*

quodam spiritu : cur lapides & metalla  
 nō generent, quæ inter illa media sunt?  
 quia videlicet spiritus ī eis materia cras-  
 siore cohibetur. Qui si quando rite se-  
 cernatur, secretusque conseruetur, tan-  
 quam seminaria virtus poterit sibi si-  
 mile generare, si materiæ cuidam sui ge-  
 neris adhibeatur. Sunt præter hæc, alia *Platonica*  
 notarum & numerorum in literis arca- *literarum*  
 na mysteria, qualia Plato in cratylo ad *cōsideratio*  
 veram & rectam nominum cōpositio-  
 nem explicavit: in quibus præcipua sa-  
 pientiæ momenta vertuntur. Res enim  
 ipsæ imitatione per literas facta eluces-  
 cūt. Inter quas ꝑ opportunum est motus  
 instrumentum, in qua referenda lingua  
 concitatur: ad tenuia quæque commo-  
 dum per omnia maximè penetrantia:  
 χ, σ, & vehementioris sunt spiritus & ta-  
 libus rebus accommodantur, & ac τ ad  
 cōpressionem λ ad lapsum, υ ad ea quæ  
 intrinsecus sunt. Quæ sapiens nomen-  
 clator debet diligēter intueri. Ars autem *Rhetorice*  
 eloquentiæ, quæ sibi inter cæteras prin- *litera.*

cipatum vendicat, quantam quæso diligenti-  
am adhibet in literis ipsis compo-  
nēdis, ne asper, ne horridus aut hiulcus  
sit concursus vocalium & consonantiū?  
quantam in syllabis propemodum nu-  
merandis & metiendis? Rerum verbo-  
rūque iudicium prudentiæ est (inquit  
**Cicero**) Vocum autem & numerorum  
aures sunt iudices: Illa ad intelligentiā  
referuntur, hæc ad voluptatem: in illis  
ratio inuenit, in his sensus artem. Hæc  
sunt in literis demum ipsis operosæ ani-  
maduersiones, è quibus horror aut sua-  
uitas orationis maximè dependet. Sunt  
alia ex Pythagoræ Ludo mysteria quo-  
que literarum: quarū numeros in pro-  
priis nominibus collectos in summam  
ad rerum futurarū occultarūque con-  
iecturam trahebant: quæ Arythmantia  
est. Hinc de certaminis euentu iudiciū  
ei victoriam pollicetur, qui numerum  
maiores nomine suo cōtineret: Sic Pa-  
troclum Hectoris, Hectora Achillis ma-  
nu cecidisse. Numerorum autem victo-  
ria

**Cicero.**

**Arythman-  
tia.**

ria ex Pythagorico de hac re libro disci-  
tur. Nempe in numeris imparibus eisdē  
vt 1 & 1, 3 & 3, minor vincit: In paribus  
eisdem vt 2 & 2, maior vincit &c.

deinde imparem numerum prisci phi-  
losophi marem & agentem: Parem for-  
minam patientēque existimarunt. Il-  
lo diis superis, hoc inferis attributo.

Quod Virgilius intellexit in hoc versu,  
Numero deus impare gaudet.

*Virgilius?*

In imposititiis autē nominibus imparē  
vocaliū numerū clauditates oculorū-  
ve orbitatem ac similes casus (si fortē in-  
sint) dextris assignare partibus, parem  
verò levis censebāt. Quo in genere in-  
cidit in manus meas olim libellus qui-  
dam peructus de omnium euentuum  
coniectura per volubilem quandam Py-  
thagoræ rotam, cuius vis omnis consi-  
stebat in numeris literarum. Incidit itē  
tabula vetus significationis huiusmodi:  
vt scias vera sint necne quæ audieris,  
nomen authoris numerandum ex lite-  
ris eius, deinde ætas lunæ colligenda:

*Rota Pi-  
thagore.*

*Pythagori  
ca diuina-  
tio.*

tandem his addendus numerus xxxvij.  
tum summa totius numeri partiēda per  
5 *arios*. & si 1 restet vel 3, vera res est:  
sin 2 vel 4 supersint, falsa. Quorum o-  
mnium ratio pendet ex libro Pythago-  
rico de hac diuinatione literarum: cuius  
summa hæc præcepta sunt: literarū alias  
naturales esse, alias fatales, quasdam ca-  
suales: ex quibus intelligitur quæ fors  
potissimum in nobis dominetur. At in  
his quæ à rebus pendent, spectatur sym-  
bolū, id est paritas nominis rei cum eo  
quod quærimus: in iis quæ à voluntate:  
totius propositionis numerus cum præ-  
cipui verbi numero comparatur. Primæ  
autem diuisionis fundamentum Cicero  
confirmat: Si quid mihi (ait) humanitus  
præter naturam præterque fatum con-  
tigisset: Ac Virgilius.

*Cicero*

*Virgilius.*

Nam quia nec fato merita, nec morte  
peribat.

Sed misera ante diem subitōque accen-  
sa furore.

Ad hoc alludit alio quoque loco:  
Explebo

Explebo numerū reddarūque tenebris.

In quam sententiam scripsit Suetonius *Suetonius.*

in C. Caligulæ vita, obseruatum notatūque fuisse in primis, Cæsares omnes quibus Caij prænomen fuit, ferro per-

uisse: iam inde ab eo qui Cinnanis temporibus sit occisus. Cicero lib. sexto de rep. Sed eius (inquit) temporis ancipitē

video quasi fatorū viā. Nā cū ætas tua septenos octies solis anfract<sup>9</sup> reditūque cōuerterit, duōque hi numeri (quorū vterque plenus, alter altera de causa habetur) circuitu naturali summā tibi fatalem confecerint: in te vnum atque tuū nomen se tota cōuertet ciuitas. hinc verò (Macrobio autore) numeri in nomine

*Macrobius*

ne *inæous* octonarij plenitudo spectatur, à quo solidum corpus cōficitur, quique iustitię Pythagorica nota est per duplicē diuisionis in pariter pares equalitatem: Ideò proprius Solis iustitię Christi dei nostri. Quę ego nō omnia tā expono & probo quā enumerādo persequor, vt intelligas quanta mysteria veteres sub li-

L

terarum & numerorum notis condita  
reliquerūt. Idcirco omitto prudens quę  
Tritemius ipse in Steganographiæ li-  
bris octo descripsit, ne quā religionē in-  
tra priuatos parietes cōmunicata olim,  
eandem in publicum protracta inferre  
cuiquam possint. Quanquā non igno-  
ro solam imperitiā huiusmodi scri-  
pos promiscuę multitudinis mētibus in-  
icere: cum ea quę naturali ratione per-  
ficiuntur (quā non intelligunt) credunt  
stygia aut cēlesti ope perpetrari. Sic ho-  
mo minimē malus qui amicitie prętex-  
tu Abbatem illū cruditum & subtilē  
inuiserat, quę tercio Steganographiæ li-  
bro sub orisiele Saturni spiritu in hoc  
vel illo gradu & minuto capricorni cō-  
stituto facienda scripserat sinistrē inter-  
pretatus est: nempe imaginem spiritus  
fabricandam, deinde aliam absentis quę  
de te aliqua certiorē factum cupimus,  
in cuius capite & pectore hæc inscriban-  
tur. Post, vas mobile phanum abrone-  
dum tegendam corio raso: Illas imagi-  
nes

nes obvoluendas panno lineo in aqua  
 purgato & deterfo: omnia statuenda in  
 introitu domus claufe: Quibus dies sa-  
 turni ceteri mensis significabatur: Ipfo  
 die in 7 partes per totidē spiritus pla-  
 netarū Vrielis, Michaelis, Gabrielis &c.  
 distributo .i. ebdomade diuifa in folis,  
 lunæ, martis dies &c. vt tempus notura  
 fit amico abfenti quo speculū tenebis in-  
 tecto cedium & cartam pergamenam &  
 animi tui fenfa ( quas imagines licet di-  
 cere) papyro committes. Eodem modo  
 vulgus acciperet quod à Pythagora Cē *Celius.*  
 lius Rodiginus in lectionibus antiquis *Rodiginus*  
 factū fuiffe fcribit (de quo nos fuprà mē-  
 tionem fecimus) quod mirabile præsti-  
 gium videri poffit: vt pictas certo arifi-  
 tico imagines fcriptasue literas nocte fe-  
 rena radiis lunæ opponas, quarū fimula-  
 cris in aëre multiplicatis forfūque ra-  
 pīs & vnā cū lunæ radiis reflexis, alias  
 rei conſciis: à tergo in difco lunæ vi-  
 det legi quæ, quanquam magno locorū  
 ſpacio ſemotus. huc adde Pythagoricā  
 aſtronomantiam per literarum numeros



*Augustin⁹*

& lunæ quam exerceri solitã scribit Augustinus. Quis verò ex imperita multitudine in bonam partẽ traheret sanguineas in speculo notas ad hunc lunæ sitiũ & amicum quocum de die atque hora antè conuenerit per lebetem aquæ plenum lunariam epistolam legẽtem? hoc periculum læuæ de rebus abstrusis opinionis & iudicij, præclara ingenia à scribendo deterret, cum optimæ quæque res lucem apricam ferre nõ possunt: & si tenebras huiusmodi inferas, superstitionis opinionem soleas subire. Præterea ex iisdem numeris quidã (vt Alchandrinus) horoscopia alioqui incerta statuerunt: quidam nomina ipsa hominũ per astrorum rationẽ (vt Aomar) quidam per geomantiam (vt Franciscus Asculanus) subducendo diuinasse dicũtur. Quæ quidem ipsa in notis tota versatur & punctis motu fortuito manus formariis: quorum tandem numeri nouissimi colliguntur & mira similitudine ad Astrologiæ normam reuocantur. Non nocbit obiter admonuisse, fieri quandoque

*Alchandrinus.*

*Aomar.  
Franciscus  
Asculanus.*

que in eorum libris qui de rebus altiori-  
 bus scriptitant, quoddam cogitationis  
 eorum arcanæ integumentum per pri-  
 mores capitū literas: quale in tusca Poli *Poliphilus.*  
 phili hypnerotomachia: ex cuius primis  
 quibusque literis colligitur: POLIAM  
 FRATER FRANCISCVS CO-  
 LVMNA PERAMAVIT. Quale  
 etiā in speculo Rogerij Bachonis, cuius *Rogerius*  
 prima capitū verba cōficiebāt. In his ver *Bacha.*  
 bis præsentibus poteris inuenire termi-  
 num exquisitæ rei promissæ: literæ au-  
 tem singulę septem capitum compone-  
 bant nomen, IVPITER: verū in ty-  
 pis hæc ab inscio Aristarco reperi non  
 correctæ sed corruptæ. Porro astrologici  
 characteres planetarum, signorum, mā-  
 sionū (quos Iulius Firmicus depingit) *Iulius*  
 notæ sunt, quę artificio nō carent: vt lu- *Firmicus.*  
 nę, huiusmodi) quam plenam non pin-  
 gunt, quod ea forma solis est perpetua,  
 lunæ temporaria: Incrementum autem  
 illius melioris fuit quā decursus ominis  
 in Marte sagitta signum est bellicum,  
 ꝓ in Mercurio, galeri: In Venere ꝓ specu

li: similes quoque sunt reliquorum na-  
tæ. Fuerunt & magis veteribus sui cha-  
racteres ad rerū quibusde agebatur, simi-  
litudinem, vt duæ circuli diametræ ad  
amicitię æternę signum aut annulorum  
concatenationes: sic ad odium, ini-  
micitias, cæterosq; animi motus alij at-  
que alij. Multa scio superesse quę ad no-  
tarū rationē pertineant: at certū est (an-  
tequā vtrā progrediar) de his primor-  
diis iudicium hominū experiri. Quos  
iterum atque iterum admonitos velim  
me hoc scribendi negotiū eo animo su-  
scipisse, vt consciētia viriū vltra prima  
elementa non progressus tantū eos qui  
robore sunt firmiore cohortarer, vt ina-  
nibus quorundam mythologiis non cō-  
tenti ad grauissima priscæ sapientiæ my-  
steria conuerterent animum: quę hactē-  
nus à veteribus philosophis ac poetis, ri-  
diculari prope fabularū inuolucris obru-  
ta sepultaque iacuerunt.

F I N I S.









129—12





